




Michaelis Baii ... Apologiae, pro responsione ad quaestiones Philippi Marnixii, de sacramento altaris defensio.

<https://hdl.handle.net/1874/416645>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat


This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board















Theologia.


Octavo n° 156.

















THE

P-C

MICHAELIS
BAII IN SACRA
THEOLOGIA REGII PRO-
FESSORIS, CANCELLARII ET
Conseruatoris Priuilegiorum Vniuersitatis
Louaniensis, APOLOGIAE, pro respon-
sione ad quæstiones PHILIPPI
MARNIXII, de Sacra-
mento altaris.

DEFENSIO.



COLONIÆ
Apud FRANCISCVM FABRÌ.
ANNO CL. L. LXXXIII.



21 ИЗАЯИИ

А. С. П. 27. 11. 1855

С. А. П. 27. 11. 1855

ELENCHVS CAPITVM
DEFENSIONIS APOLOGIAE.

- Quod responsio ad Apologiam, multa parerga
contineat. CAP. I.
- Quod Apologia fuerit fraterna correptio, non co-
uitij criminatio. CAP. II.
- Quod terrere subditos ut emendentur, non sit ty-
rannicum, sed ex qui iuris imperium. CAP. III.
- Quod ad questiones plures, plures dandae sunt re-
sponses. CAP. IV.
- Quod alia sit intentio per propositionem signi-
ficata, alia finalis, quæ priori frequenter adjic-
tur. CAP. V.
- Quod obtegeret finalem sui sermonis intentionem
non sit mendacium. CAP. VI.
- Quod licet Deus faciat quod dicit, attamen id non
debet de ijs propositionibus intelligi, quarum
res significatae prius extiterunt, quam in scriptu-
ris sacrâs dicerentur. CAP. VII.
- Quod Christus non dicatur metaphoricè Agnus
Paschalis, aut Petra in Oreb percussa, sed quia p-
reas res sacramentaliter significatur. CAP. VIII.
- Quod in hac oratione: hoc est corpus meum, pro-
nomen (hoc) nec metaphoricè sumatur, nec de-
monstret rem, quæ corpus Christi prius sacramen-
taliter significabat. CAP. IX.
- Quod Christus prætendatur vocibus & tactu non
fecisse miracula, ad hoc videtur referri, ne ip-
sius sacramentis, vis aliqua operandi tribua-
tur. CAP. X.
- Quod hæc Christi enunciatio: hoc est corpus
meum, semper vera fuit, etiamsi Christi cor-
pus, non nisi ultimo eius momento, ibi esse coe-
perit. CAP. XI.

² Quod responsio de transubstantiatione ad testimonia, filius tuus viuit, & mulier ecce filius tuus, sit omnino extra causam. CAP. XII.

Quod hac oratione, Petra erat Christus, nulla efficitur transmutatio, quia tantum significatur quod antè fuit, quam hæc oratio pronunciaretur. CAP. XIII.

Quod præsentia Christi in sacramento altaris, quā populus Christianus semper intellexit secundū corpus & sanguinem, versutē transferatur ad præsentiam secundum diuinitatem. CAP. XIV.

Quod sensus præstigium non patiuntur, quando substantia in substantiam insensibiliter transmutatur. CAP. XV.

Quod locus Apostoli : Bibeant de consequente eos petra, à D. Augustino rectè accipiatur de Iudeis, spiritualiter utentibus sacramentis illius temporis, CAP. XVI.

Quod petra de qua' Apostolus ait, Petra erat Christus, prius Christi sacramentum fuit, quam hoc diceretur: non autem panis, priusquam a Christo in manus acciperetur. CAP. XVII.

Quod confidentia non semper sit argumentum veritatis, sed aliquando præsumptionis & impudentiæ. CAP. XVIII.

Quod licet Deus plura contulerit Ecclesiæ Christi anæ quam Iudaicæ, attamen præfecti in utraque rectè dij vocantur. CAP. XIX.

DEFENSIO APO³ LOGIAE, PRO RESPON. SIONE AD QVAESTIONES DE sacramento altaris.

Quod responsio ad Apologiam, multa
παρισηγα contineat.

CAPVT PRIMVM.

Lepto nuper Catalogo, seu indiculo librorum, qui nudinis Franciæ fordensibus circa Septemb. anni 82. venales expositi fuerunt, mihi Sancte Aldegonde, comperi te Antuerpiæ editisse responsionem ad Apologiam, quā pro responsionibus ad quæstiones tuas de sacramento altaris, anno 81. Louanij emiseram, cuius responsionis exemplarum diu & frustra ex Colonia expectavsem (neque enim alia expeditori via, cessantibus iam dudum propter bellorum disfida inter nos & Antuerpienses consuetis commercijs, acquiri posse existimabam) tandem post multum circuitum, 10. Martij anni 83. ad me ex Anuerpia per latum est. Hanc igitur responsionem tuam percurrente, reperi multis longissimis parergis ad rem nihil pertinentibus suffultam: ut videlicet partim omissis, partim obiter duntaxat commemoratis

4 DEFENSIO APOLOGIAE.

plerisque, ijsque præcipuis nostræ disputationis capitibus, parum ad rem dicendo, aliquid dixisse, & libello meo responde vide rareris. Quorsum enim alioqui pertinebat, tam multa commemorare, & quæsitis verborum campis, tam moraci & odiosa oratione, per multas paginas refellere, quæ à concilio Lateranensi, à D. Thoma Aquinate, à Caietano, alijsq; doctoribus scholasticis, de trâs substantiatione quoquo modo dicta pretendis? Cum ego neq; concilium Lateranense commemorauerim, sciens modestiam tuâ conciliarum authoritate non detineri, neq; testimoniu vllum produxerim ex doctoribus scholasticis, quos tutâ loquacitate refellere, & in contempnū adducere conaris? Eodē spectare videtur sequens disputatio, in qua scripturæ sacræ veritatē, quæ de Christo ait, quod accepit panem, & benedixit, fregit, dedit, que discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, obnubilare conaris, voluendo te in philosophicæ quæstionis obscuritate, qua in Categorijs Aristotelis solet inquiri, quid sit per se & immediatè diuisibile, substantiæ corporeæ, quæ accidentibus omnib. subiicitur, an magnitudo, seu quantitas cōtinua quæ in illa excipitur. Nec ab hac intentio-

DE SACRAMENTO ALTARIS

tentione dissentit ea narratio , qua per multas paginas persuadere niteris , Romanam ecclesiam humanis & superstitionis traditionibus Deum colere ; vestram autem societatem, non nisi ex Dei verbi præscripto : Et tamen quasi verbū Dei non sit , quod Christus cuidam adolescenti consulens dixit: Vade, vede omnia quæ habes , & da pauperibus , & veni sequere me . & alibi : Sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat. A vobis tam insana , & à cultu Dei aliena , reputantur Christi consilia , vt si quis communē fidelium infirmitatē eminentiore virtute supergressus , ea complexus fuerit , & in his , ieiunijs & orationibus , nocte & die Deum colere decreuerit , vt eius præcepta purius & syncerius impleat , non prius ad vestram societatem recipiatur , quam per apostasiam , yniuersorum Christi cōfiliorum obseruationem abiecerit . Unde etiam sc̄tæ vestræ protector & Coriphæus Princeps Auriacus , non alia ratione melius se , vestræ conspirationi probari posse putauit , vt manus vestræ cum eo roborarentur , quā si imitaretur Absolonem , patrem suum foedantē : vt quēad modū ille , cōsulente Achitophel , ingressus est ad concubinas patris sui , corā vni-

uerso Israel, sic etiam ipse Auriacus, viue
te adhuc vxore propria, spectante orbe,
sub nomine coniugi (te authore ut mul-
ti autumant) sociarit sibi Christi sponsa
consilia euangelica professam: tatum ut
hac ratione vestra societas, quæ illa ex-
tremè odiç, & contemni ac violari gau-
det, illi arctius copularetur. Sed nunc ad
ea redeo, quæ ordine in tua responsione
continentur.

Quod Apologia fuerit fraterna correptio,
non conuitij criminatio.

C A P. II.

Dicis me postremum mecum libellū
in scriptissimæ Apologiæ, cum sit atrox
& conuitij plena criminatio: nec tamen
vulum conuitiū profers à me in illo libel-
lo positum, de quo me accusandū putas.
Dico igitur me mihi consciū non esse,
quod vllum in te cōuitium dixerim. Sed
fortè conuitium interprætaris, quod tibi
duo crima obiecerim, alterū quod pa-
lam sequaris dānatū Caluini dogma,
de Christi corpore in sacramento altaris,
alterum quod in eorum communione p-
maneas, qui se palam in ædictis publicis
profitentur & nominant desertores Ro-
manæ Catholicae religionis: quod nomē
à nulla hactenus secta, quod sciam assūm-
ptum

DE SACRAMENTO ALTARIS 7

ptum est. Ad quod posterius ne verbum
quidem respondisti. Sed hæc mea obie-
ctio non est conuitum, sicut videri vis,
vocans eam criminacionem, id est, fal-
sam & contumeliosam accusationē: sed
est fraterna correptio & charitatis offici-
um, quo te, tuosque conatus sum à tam
graui scelere reuocare, & eos qui per te
seduci possent, ne tibi acquiescant, impe-
dire, sicut conabatur Iohannes Baptista
cum ait Serpentes genimina viperarum,
quis ostendit vobis fugere à ventura ira? ^{Luce 3.}
Et Apostolus dicens: O insensati Gala- ^{Ad Ga. 3,}
tæ, quis vos fascinavit non obedire veri-
tati.

Quod terrere subditos, ut emendentur non sit
tyrannicum, sed æqui iuris imperium

C A P V T. I I I.

D Einde transiens ad ea quæ in Episto-
la ad D. Ghennart, respondendo
objectionibus R^{di} Patris Horantij dixe-
ram, quod si tu mihi subiectus fuisses, &
in mea potestate positus, potuissim ti-
bi cum increpatione respondere, & mi-
nando deterrere, ne periculis ne di-
cam pernitiosis disputationibus incum-
beres (sicut à me in suis objectionibus
requirebat Horantius:) Hæc igitur per-
tractans, magno fremitu aduersum me

A 5 insur-

8 DEFENSIO APOLOGIAE.

insurgis, & magnas Deo immortalis gratias agis, qui te tam tyrannico imperio & potestate, asseruerit: Quasi Tyrannicum sit imperium, si praefectus subditum instruens, cum increpatione & ministrum deterreat, ne periculis & perniciiosis disputationibus incumbat. Ego de moribus vestris non dispiro, nec quammodum modestè imperetis inquiror, quia utiliam nihil præter timorem inferretis: hoc solum te rogo, an Apostolus tyran-

Rom. 13. nicum imperium doceat, cum ait; Principes non sunt timori boni operis, sed malii. Et rursus, Si malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Et ad Ti-

1. Tim. 5. moth. qui tantum ecclesiastica potestate fungebatur; Peccantes (inquit) coram omnibus argue, ut & cæteri timore habeant. Et Christus in Euangilio, seruo, quem ad

Luc. 14. vocandum inuitatos misit, Cöpelle, inquit, intrare, ut impleatur domus mea: plus enim est cöpellere quam terrere. Quero igitur in his diuinæ scripture testimonijs, quibus praefecti iubentur, subditis timore incutere, ut errantes in viam reducant, an doceatur tyrannicum imperium, an potius æquum ius dominandi, quo is qui præfest, vnicuique subditorum, prout illis expedit, sincera charitate, ad Deum promerendū consulit? Aliter enim regendi sunt serui

serui pigri, qui verbis non emendantur, aliter liberi, aliter contumaces, aliter infirmi. Lege August. epist. 48. hanc quæstionē ex scripturis sacris diligenter pertractantē, & videbis quam præter rationem, hoc loco animi tui acerbitatem, ex apertissimo errore, huic tuæ responsioni infercias.

Quod ad quæstiones plures, plures dande sunt responsiones.

C A P. IIII.

EIUSDĒ planè absurditatis est querela sequens, quod ad quæstionem tuam plura continentē, non vñā, sed plures dederim responsiones. Interrogasti enim quod npt̄p̄ov haberet ecclesia, eiusq; constitutio-
nes seu traditiones? Ac deinde adieci: An hoc npt̄p̄ov cons̄et pagina sacrae scripturæ?
Quas quæstiones in duas diuidēs partes, respondi ex D. Aug. de vnitate ecclesiae, Iudicium de ecclesia, ex scripturis sacris esse petendum: & quia non simul dixi, etiam constitutiones seu traditiones, ex scripturis sacris dijudicandas, clamitas me, quæstionētuam diuidendo, peracutè quidem id fecisse, sed parum candidè ac sincerè. Miror te hic tuum Aristotelem non esse recordatum, tā in Topicis docētē, quomodo terminari debeat pblema multiplex,

10 DEFENSIO APOLOGIAE.

multiplex, quam in Elēchis, vbi explicat, quomodo dissolui debeat sophisma, ex eo proueniens, quod interrogans, plures interrogations ut vnam facit, sicut tu in hac tua quæstione fecisti. Ex eo enim accidit sophisma, quod respondendo nō diuiditur eiusmodi propositiōis ratio. Tu igitur ad quæstiones plures, responsionē vnam absque diuisione postulans, non synceram & candidam (sicut videri vis) sed obscuram & tenebris inuolutam responsionem extorquere conaris, ut sit locus sophismati: à quo remotissimus esse debet, simplicitatis sacræ scripturæ pertractator. Quia qui sophisticè loquitur

Eccle. 37 (inquit Sapiens) odibilis est: in omni re defraudabitur. non est enim illi à Domino data gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Sed forsitan facile passus fuisses, me quæstionem tuam plura continentem, iuxta regulas dialectices, in duas partiri, & utrique quæstioni seorsum suam assignare responsionem, si modo generaliter fateri voluissem, constitutions ecclesiasticas ex sola scriptura sacra dijudicadas. Sed ego id dicere nolebam. Primò quidem, quia (sicut ex epistola ad D Ghennart satis intelligere potuisti) mihi omnino propositum erat, dissimilatis alijs quæstionibus, ante omnia tecum de

de sola ecclesia disserere: in quam disputationem etiam pluribus modis prouocatus, hactenus descendere noluisti. Deinde, tanta est ecclesiasticarum constitutionū varietas, vt non videantur omnes ex eodem capite dijudicandæ, aliæ enim desumptæ sunt ex scripturis sacris, vt quæ certò & in diuinis literis sacrato dierum numero, ieunia præscribūt: aliæ verò ex traditione apostolica: aliæ vero ex reſta ratione, vt quod librorum hæreticorum lectio, indoctis & idiotis non permittatur. Lectio enim legentis est cibus, qui si sit veneno permistus, opus est solertia, quæ in idiotis non est, vt prudenter dijudicetur. Et cum prohibeat Iohannes, ne is qui alienam doctrinam affert, in dominum recipiatur, quanto magis prohibēdum est, ne eiusmodi doctrina in animū rudioris lectoris admittatur: præsertim cum omnes natura mali sumus, & ad tenebras, in quibus nati sumus, quam ad lucē, in qua per Christum reformamur, multò propensiōres. Vnde etiam sacram̄um literarum indagatorem monet August. vt initio studij literas apocryphas viet, ne præoccupet imbecillem animum, & periculosis mendacijs atq; fantasmatibus eludentes, præjudicent aliquid contra sanam intelligentiam. Cæterum vt cōſt;

Episto. 2

Dedoct.
rin. Chri
fti. lib. 2.
cap. 8.

constitutiones ecclesiæ, ex solis scripturis
sacris dijudicandas esse concludas, cæte-
ra penè omnia, quæ ad illarum cōproba-
tionem existimasti potuisse videri opor-
tuna, veluti pertransiens, canino dente
perstrinxisti, dicens: *me non potuisse suspi-
cari te aliud petuisse, nisi ut semel & clare
explicarem, an constitutiones ecclesiæ, ex au-
thoritate solius scripturæ censendæ essent? an
vero ex patrum varijs, & sèpè inter se pug-
nantibus interpretationibus? an ex effrena-
tis, atque impotentibus Pontificum decretis?
an ex contentiosis synodorum sanctionibus?
an denique ex horridis, & spinosis schola-
sticorum concertationibus?* Benè habet, quod
dum salutaris doctrinæ fulcimenta, tuo
stylo velut aliud agens conatus es iugu-
lare, saltem Apostolicas traditiones, de-

2. Thes. 2. quibus ait Apostolus: *Tenete traditio-
nes quas didicistis, siue per sermonē, si-*

1. Tim. 3. *ue per epistolam nostram: & iudicium
ecclesiæ, quæ est columnā & firmamen-*

*tum veritatis, quam qui non audierit, sit
tibi (inquit Christus) sicut ethnicus & pu-
blicanus: benè inquam habet, quod hæc
duo nobis integra & intacta reliqueris,
vt ex ijs etiā constitutiones ecclesiæ, pos-
simus non tam dijudicare, quam defen-
dere. Tunc enim dijudicandæ, cum sta-
tuuntur: ubi autem statutæ sunt, tunc
sunt.*

sunt obseruandæ. Et simul cū his duobus fundamentis, ipsā rectam rationem admittis, ex qua puto te velle defendere constitutiones vestras, quibus per magistratus seculares, nunc à clero & monachis, nunc ab vniuersis ciuitatum per vos occupatarum incolis, exigitis absurdæ, & inter fideles hactenus inaudita iuramenta, quibus bonas conscientias, aut sceleribus vestris implicetis, aut sua omnia deserere cogatis: quia horum iuramentorum, neque in scripturis sacris, neq; in alijs salutaris doctrinæ fundamentis, vlla fit mentio. Hic prudens pertranseo ridiculum argumētum, quo vis ex D. Aug. colligere, omnes omnino quæstiones ad scripturas sacras esse examinadas, quia id dixit de quæstione, qua quærebatur, Vbinam esset ecclesiæ corpus, quia nō videtur responsione dignū. Quod alia sit intentio per propositionem significata, alia finalis, quæ priori frequenter. adiicitur.

C A P V T . v.

CAPITE 2. libri tui, multa sophisti-
cè congeris, vt redarguas quod dixi,
& manifestissimis scripturis comproba-
ui, quod eadem propositio seruata ea-
dem vocum significatione, possit alia &
alia intentione enunciari, Nā licet Chri-
stus

Iohā. 4. Iustus & serui reguli in euangelio, eadē omnium vocum significatione, eadem-q; intentione per voces ipsas significata, regulo dixerint, filius tuus viuit: attamē Christus hanc enunciationem alia finali intentione protulit, quam ipsi serui, nempe intentione faciendi quod dicebat; videlicet sanandi filium eius. Quam intentionem, neque enunciatio ipsa significat, neque serui habebant cum dicerent: filius tuus viuit: neque etiam omnes intelligebant, qui audiebant Christū dicentem: filius tuus viuit: sed hi soli, qui filium usque ad id momentum ægrotasse nouerunt, & simul credebant Christum verbis suis efficere velle, quod dicebat:

Matth. 8. sicut credidit Centurio, confidenter domum abiens, & de filij sui sanitate non dubitans. Sed hanc loquentium intentionem, quæ extra significationem verborum frequenter concipitur, tu peregrinam vocas: ut sophisticando, & de duabus intentionibus, altera per voces significata, altera per loquentem cogita, tanquam de una loquendo. incurioso lectori nebulam suffundas: nec permitmittas eum intelligere, quod clausis oculis vidēris non velle attendere. Quis enim ignorat Abraham duobus regibus dixisse de uxore sua: Soror mea est, & hoc dicen.

dicendo, non tantum intendisse significare, quod verba ipsa significant; sed etiā occupando eos circa hanc intentionem per verba significatam, voluisse impedi-
re, ne cogitarent eam esse ipsius vxorem? quæfuit altera intentio, extra verborum significationem ab eo cogitata. Quod igitur ait me dicere; in his verbis: Hoc est corpus meum, seruari propriam & genuinam omnium vocum significatio-
nem, verum dicis; sed quod addis, me simul negare ijs significari ipsum illud quod voces propriæ sumptæ notant, hoc dicendo aut calumniaris, aut fal-
leris. Vtrunque enim dico; videlicet, in his verbis, hoc est corpus meum, ser-
uari propriam & genuinam omnium vocum significationem; & his verbis si-
gnificari ipsum illud, quod voces pro-
priè sumptæ notant. Sed addo Christum simul intendisse facere, quod verbis illis non quidem fieri, sed esse designatur: quam intentionem faciendi, verba ipsa non significant. Quod autem ait, haud posse cuiquam esse dubium, quin ea ver-
ba propriè usurpata, planissimè signi-
ficent, panem illum à Christo sump-
tum, esse ipsius (scilicet Christi cor-
pus) proculdubio non dices, si ex di-
ialectica didicisses, propriam demonstra-

tiuorum pronominū significationē, esse ipsam demonstrationem: Et idē cum dicatur, Hoc est corpus meum, si per pronomen (hoc) demonstrasset Christus panem quem manu tenebat, sicut vos prætenditis, tunc propria huius pronominis significatio , fuisse hic panis ; sed quia non demonstrabat panem sed corpus suum , quod ex pane verbis suis facere intendebat , & discipulis distribuere manducandum ; ideo propria huius pronominis significatio , in ea oratione non est panis , quem Christus accepit , sed corpus quod facere intendebat, ut diximus. Ex ijs facile intelligitur, quā certum sit & euidens, quod dixi capit. 3. libri mei, enunciationem aliquam , manente eadem vocum omnium significacione, posse alia & alia intentione dici. Cuius rationem subieci his verbis : quia quando vna & eadem propositio , alia & alia intentione profertur, non oportet eam intentionem , quæ alia & alia est , illa enunciatione significari , sed eam tantum passionem , quæ utrobiusque est eadem, ad quam significandam , voces in propositione posite, sunt institutæ: quæ eadem passio, potest apud utrumque enunciationem eadem consistere , etiam si ipsa enunciationis pronunciatio , à pronun-

nunciante ad aliam atque aliam intentionem, finalem videlicet, referatur. Haec tenus verba mea: quæ cum apertissima sint, & indubitata, non est portentum quod dixi, sicut mihi obijcis, sed potius est portentum, quod certissimam veritatem, tam clarè expressam non intellexeris, aut etiam non satis lectam redarguere coneris. Neque enim adduci possum, ut credam te tam stupidum, vt si paulò consideratiùs legeris verba mea, non attenderis, me de dupli intentione loquuntur: altera quæ per verba significatur, altera verò finali, quæ à loquente, extra verborum significationem cogitantur, & non ex verborum significacione, sed ex alijs circunstantijs intelliguntur, sicut supra ostendi, in hac enuntiatione à Christo & seruis Reguli dicta: Filius tuus viuit. Sed sicut supra ex duabus quæstionibus, conatus es vñam facere, vnamquæ responseñ extorquere, vt esset locus sophisticæ; sic & hoc loco libenter confunderes duas intentiones, quas dixi Abraham habuisse, quando dixit de sua vxore, Soror mea est; alteram quæ verbis illis significatur, alteram verò finalem, qua intendebat auertere suspicionem seu cogitationem Aegyptiorum, quod

esset eius vxor, ne propter illam occidetur: ut te in hac confusionis obscuritate volutares, & sublata distinctione, quæ veritatem manifestat, tuo more sophisticè apparentiæ, verbis ad eam rem ingeniosè cōpositis, incumberes. Dicis eadem esse significare, & intentionem explicare, sed nō attendis me toties inculcasse, quod sicut Christus dices: Filius tuus viuit, nec dixit, nec verbis significauit intentionē, qua filiū sanabat, sed illam regulō credendā reliquit: sic etiā dices: Hoc est corpus meum, nec dixit nec verbis explicauit intentionem faciendi quod verbis illis significabatur, sed considerata eius omnipotētia, & veritate, illam discipulis credendam reliquit: quam quia tu non vis credere, ideo nec eam potes intelligere. Nisi enim credideritis (inquit Propheta) non intelligetis.

Quod obtegere finalem sui sermonis intentionem non sit mendacium.

C A P . V I .

Quod autem illos mendacij arguis, qui loquendo animi sui sensa obtengunt, hoc est, qui finalem intentionem reticent, propter quam enunciant quod dicunt sicut fecit Abraham cum de uxore sua

cum de vxore sua dixit, Soror mea est, vt
nemo vxorem esse suspicaretur, perridi-
culum est. Id enim dixit quod & veritas
habuit, & sensit, sicut ipsi Abimelech po-
stea aperuit dicens: Verè soror mea est,
filia patris mei, & non filia matris meæ.
Sed hoc dicens, absque omni mendacio
aliquid reticuit, quod iustissima ratione
intēdit, nempe, vt nemo cogitaret ipsam
illi esse vxorē, ne propter illā occidere
tur, sicut Gen. 20. apertissimè declaratur.

Denique capitinis huius epilogum faci-
ens, vt concludas verba Christi quibus a-
it: Hoc est corpus meum, Et: Hic est san-
guis meus, non propriè ac substantialiter
sed symbolicè, & per tropum esse necessa-
riò explicanda, dicis: Christum neque
mentiri posse, quod verum est: neque mē
tem atque intentionem dissimulanter
celare, aut abscondere voluisse, id quod
etiam verum est, de intentione verbis si-
gnificata; sed intentionem conficiendi
quod esse dicebat, ex alijs circumstantijs
intelligendam reliquit, ipsum omnipo-
tentem atque veracem esse, fideliter cre-
denteribus: à quibus quia recessistis, ideo
nec hanc posteriorem Christi intentio-
nem intelligitis, sed illam quib. potestis
argumentis impugnatis.

Addi hæc verba: Hoc est corpus me.

B 3 um,

um, in propria sua significatione retineri nullo modo posse, Id quod supra falsum esse ostendimus, quia siue pronomen(hoc)demonstret panē quem Christus in manibus acceperat, sicut absurdè dicitis: siue corpus Christi, quod verbis suis ex pane conficiebat, semper est propria loquutio, quia propria significatio pronominis, est ipsa demonstratio ut diximus.

Iam puto vides, mi Sanct. Aldegonde, me non meis pedicis impeditum, sicut gloriaris, ut cogar fateri toties mutari enunciationis significationem, quoties muratur qualiscunque intentio loquenteris verbi gratia finalis (de hac enim manifestè sum locutus) sed potius me vides sophisticis tuis ratiocationib. ita expeditum, ut cuiusvis facile pateat, vanum esse quod tanto molimine conaris ostendere, non posse aliam & aliam esse enunciantis intentionem, etiam finalem, de qua manifestè locutus sum, nisi sit alia & alia enunciationis significatio. Quod ais me, ut veritatis iubar caligine mendacij obscurarem, veteratoriè argumentū tuum truncasse, in quo dicis te alterutrū effecisse, nempe vel illis vocibus intentionem dicentis non explicari: vel easdem certè voces, idem significando non idem signi-

significare: vel non recordans verba tua,
 multum falleris, vel ad alia verbatua ref-
 picis quam ego: Sic enim habent verba
 tua à me commemorata: Cùm ais, *Enun-
 ciationes manente eadem vñstata, & genuina
 omnium vñcum significatione alia & alia inten-
 tione dici, quid aliud designas nisi easdem illas
 enunciationes, idem significando non idem signi-
 ficare?* Ostende hic distinctionem ex qua
 te alterutram partem effecisse cōtendis,
 & considera, an ne his tuis verbis, aperte
 significaueris, quod te assertuisse retuli,
 nempe quod dicere enunciationem ali-
 quā, manente eadā vñcum omniū signi-
 ficatione, posse alia & alia intentione di-
 ci, nihil aliud sit quā dicere, enunciatio-
 nē aliquam idem significando, nō idem
 significare. Hac tua tamen obiectione ad
 monitus reperi te postea repetendo su-
 pradicta verba tua, aliquid eis adiecisse,
 quod aliquid habet disjunctionis: sed e-
 go tantum priora tua verba citauī, &
 quāmabsurdum sensum contineant o-
 stendi. Quod verò postea adieci illis
 vocibus intentionem dicentis non expli-
 cari, verum est de intentione finali
 loquentis, sicut s̄p̄ius dixi,
 non autem de ea quam
 verba ipsa signifi-
 cant.

Quod licet Deus faciat quod dicit, attamen id non debet de ijs propositionibus intelligi, quarum res significatæ prius extiterunt, quā in scripturis sacris dicerentur.

C A P V T VII.

QVIA in thesibus tuis theologicis, confessus eras Christum mandādo multa fecisse: sed addideras argumentum à verbis mandandi ad enunciandi voces traductum clumbe esse, per quod significaueras, te quidem credere Christum mandando multa effecisse, sed non enunciando: sicut cum dixit: Hoc est corpus meum. Dixi virtute huius enunciationis: Hoc est corpus meum, effici quod per eam non significatur mandando fieri, sed tantum significatur esse enunci-

Gene. 3. ando, sicut per hanc enunciationem: In dolore paries filios tuos, effecit Deus, nō quod illa oratio significabat fieri, sed quod tantum significabat futurum esse. Adhibuit tunc quidem aliud exemplum ex scripturis sacris quod ex tempore occurrebat, sed ad eandem rem pertinens. Si igitur Deus in futuro effecit, nō quod iussit fieri mandando, sed quod maledicendo futurum enunciauit, dicens: In dolore paries filios tuos: quid mirum si etiam

iam credatur fecisse, quod benedicendo esse enunciauit, dicens: Hoc est corpus meum? cum enim benedicit Deus (in-
quit Prosper in Psal. 108.) facit quod di-
cit. & quia Deus facit quod dicit, ideo Psalmista tantum à Domino petit, Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Sed con-
tra hæc sic argumentaris. Si Deus facit Obiect.
quod dicit, quotiescumque spiritus eius res pla-
nè disparatas, alteram de altera enunciauerit
per verbum est, cum Deus omnia possit, fa-
teamini necesse est, eundem Christum in ve-
ram vitis substantiam, in agnum, in leonem,
in panem, in lapidem; & contra, lapidem &
panem, in Christum fuisse transmutata: aut
si hæc sunt & falsa & absurdæ, quid est cau-
se, cur vos in singulari exemplo ita fa-
stidiosè urgeatis, quod in reliquis omnibus ob-
stinatè repudiatis? Respondeo: quod quan-
do Deus aut spiritus eius, res disparatas
alteram de altera per verbum (est)enun-
ciat, facit quod dicit, quando id quod
dicit non prius fuit, quam illud enunci-
at; ut filius tuus, videlicet æger, viuit. Iohann. 4
mulier, scilicet ægra, dimissa es ab in-
firmitate tua: Tu es sacerdos in æternum
secundum ordinem Melchisedech. In Psa. 109.
his enim enunciationibus locum habet
quod ait Psalmista: Ipse dixit & facta sūt,
ipse mandauit & creatæ sunt. Sed quando

Deus id dicit quod prius fuit, tunc hoc
 dicendo non facit quod dicit, sed tan-
 tum enunciat quod prius & dixit & fe-
 cit: ut cùm ait Christus: Tu es Simon fi-
Ioan. 1. lius Iona. In his autem enunciationibus
 quas ex scripturis sacris protulisti, res sig-
 nificata non tunc esse cœpit, quādo Chri-
 stus aut spiritus eius illas in scripturis sa-
 cris enunciauit, sed longo ante tempo-
 re fuit. Christus enim prius fuit vitis, ag-
 nus, leo, panis, petra quam diceret: ego
Ioan. 16. sum vitis, ego sum panis. Item quam in
Ioan. 6. scriptura sacra diceretur; Ecce agnus
Ioan. 1. Dei, Petra erat Christus, Vicit leo de tri-
1. Cor. 10. bu Iuda: & ideo nihil mirum, si Chri-
Apoca. 5. stus aut spiritus eius, his enunciationi-
 bus in scriptura sacra positis, nullā trans-
 mutationem fecerit; sed tantum id esse
 significauerit, quod ante cœpit esse quā
 hæc diceret. Id autem quod hac enun-
 ciatione significatur, Hoc est corpus me-
 um, Hic est sanguis meus, non prius fu-
 it, quam hoc à Christo diceretur. Nam
 si res illa significata prius extitisset, quām
 Christus hæc enunciaret, tunc Christo
 adhuc tacente, aut panem nondum ac-
 cipiente, potuisset sanctus Petrus, & ali-
 us qui uis, ijsdē rebus demonstratis Chri-
 sto veraciter dicere: Hoc est corpus tu-
 um, Hic est sanguis tuus: quod credo
nec

nec vos esse concessuros. Ut autem intelligatur, quomodo harum enunciationum, Ego sum vitis vera, Ecce agnus Dei, vicit Leo de tribu Iuda, Ego sum panis viuus, Petra erat Christus: quibus similes sunt; Pascha seu agnus paschalis est Christus, Sapientia est lignum vitæ omnibus amplectentibus eam: ut inquam intelligatur, quomodo harum enunciationum res significata prius extiterit, quam à Spiritu sancto in scripturis sacris enunciaetur, sciendum est has universales voces; vitis, agnus, leo, panis, propter aliquam significatæ rei similitudinem, Christo figuratè attribui: vitis propter nutrimentum quod palmitibus suppeditat: agnus propter innocentiam: leo propter fortitudinem; panis propter vitæ subsidium, quæ res prius Christo inerant, quam hæ orationes scripturis sacris enunciarentur.

Quod christus non dicatur metaphoricè Agnus Paschalis, aut Petra in Orb percussa:
sed quia per eas res sacramentaliter significatur

C A P V T . V I I I .

HAE verò tres voces Agnus Phaschalis, Petra, & Lignum vitæ, non metaphoricè Christo & sapientiæ tribuntur

untur. Nam sumuntur in propria sua si-
gnificatione, nempe Petra ut lapidem si-
gnificet virga Moysi in Oreb percussum,
Agnus paschalis, ut significet animal,
quod à Iudæis in paschate immolabatur
in phase; &, Lignum vitæ, ut significet
August. certam arborem Paradisi. Vnde D. Au-
gustinus de Genes. ad literam libr. 8. cap.
4. quando hæc commemorata sunt, in-
quit: sapientia est lignum vitæ omnibus
amplectentibus eam, & Petra erat Chri-
stus, non erat illa figurata locutio, sed e-
arum rerum expressa narratio, quarum
erat figurata præcessio. Et infra: Rectè
quippe appellatur quod ad eam signifi-
candam præcessit. Igitur hæc duæ voces,
videlicet (Petra) & (Agnus Paschalis)
non metaphoricè Christo tribuuntur, si-
cut nec vox (Lignum vitæ) tribuitur i-
psi sapientiæ, sed tantum ratione rei si-
gnificatæ, quæ prius sacramentaliter in-
stituta fuit, ad id significandum, cui vox
ipsa tribuitur, quam Christus in scriptu-
ris sacris diceretur esse Petra in Oreb per-
cussa, Agnusque Paschalis, & quam sa-
pientia diceretur lignum vitæ. Nam Pe-
tra in Oreb virga Moysi percussa, tunc
ad significandum Christum in cruce pro
pter scelus populi Domini percussum, sa-
cramentaliter est instituta, quando vir-
ga Mo

ga Moysi percussa aquas fudit: & Agnus paschalis, quando ad immolandum ius su Domini deputatus est: & lignum vitæ tunc institutum est ad sacramentaliter significandam sapientiam, quando in paradiſo est plantatum. Sicut enim dicitur: Hæc statua est sanctus Franciscus, non quia vox ista (statua) propriè, aut metaphoricè significat sanctum Franciscum, sed quia lapis ipse demonstratus, aut lignum exsculptum (quod propriè non metaphoricè per statuam significatur) sanctum Franciscum representat: sic etiam dicitur, quod Petra, videlicet in monte Oreb percussa, erat Christus, non quod vox Petra in illa oratione, propriè vel metaphoricè Christū significet, sed quia lapis ille quem vox (Petra) propriè significat, dum percutiebatur, sacramentaliter institutus est ad significandum Christum.

Quod in hac oratione: Hoc est corpus meum, pronomē (hoc) nec metaphoricè sumatur, nec demonstret rem, quæ corpus Christi prius sacramentaliter significabat.

C A P. IX.

POrro in hac enūciatione, quam Christus in cœna nouissima protulit: Hoc est

est corpus meum , pronomen (hoc) neque metaphoricè sumi potest , vt Christi corpustropicè significet , quia eiusmodi pronomina , metaphoram non admitunt , sed demonstratio rei de qua agitur , est tota pronominis demonstratiui significatio . Et licet vocabulum panis , dum indefinitè dicitur , admittat metaphorā , vt cum ait Christus , Ego sum panis viu⁹ qui de cœclo descendit : attamen , quia in hac enunciatione non dicitur : panis est corpus meum , sed loco subiecti tantum ponitur pronomen (hoc) quod individuum significat . Ideo non potest huius metaphoræ hic haberi ratio . Insuper pronomen (hoc) non demonstrat rem aliquā , quæ prius sacramentaliter instituta fuerit ad significandum Christi corpus : Nam secundum vos demonstrat panem illum , quem Christus tenebat in manibus , qui , priusquam Christus hoc diceret , non magis institutus fuerat in sacramentum corporis Christi , quam qui uis alias panis : Igitur cum Christus dixit : Hoc est corpus meum , si pronomen (hoc) demonstraret panem , sicut vos dicitis , nulla potest esse alia istius sermonis intelligentia , quam quod hæc individua panis substantia sit Christi corpus , quo nihil est absurdius : quia ut iam ostendim

sum est, neque per metaphoram id dici potest, neque etiam ratione rei, ad quam significandam panis ille prius institutus erat: quia panis quem Christus tunc secundum vos demonstrabat, nihil sacramentaliter significabat, ad quod respectus haberet potuisse, cum diceret: Hoc est corpus meum. Accipe simile, cuius etiam supra meminimus. Si quis de lapide in imaginem Sancti Francisci exsculpto, dicat; Hic lapis est Sanctus Franciscus, verum dicit, propter rem quam lapis exsculptus significat: sed si quis id ipsum de lapide adhuc rudi enunciaret, omnino absurdè loqueretur, quia non posset haberet respectus ad rem significatam per lapidem qui adhuc rudis nihil significat, sed tantum ad ipsam lapidis substantiam: quæ si ne aperta absurditate dici non potest esse sanctus Franciscus. Id ipsum autem & in vocibus, quæ inter homines significandi principatum obtinent, manifestissimè ostenditur. Priusquam enim vox (homo) quæ sensibilis qualitas est, ad significandam creaturam rationalē institueretur & usurparetur, non minus absurdū fuisset dicere: homo est substantia, quam nunc absurdum esset, si quis prolata voce nullius rei significativa diceret, bū est substantia. Sed postquam vox (homo) hanc accepit

accepit significationem , tunc nemo mi-
ratur,cùm dicitur,quod homo sit substā
tia :quia auditio hoc sermone , statim in-
telligitur debere accipi, non de illa voce
quod sit substantia , sed de re per vocem
significata . Eodem modo cum secundū
vos dixerit Christus : Hic panis est corp
meum, si hic panis inueniretur p̄r cæte-
ris panibus,prius institutus fuisse in sacra
mentum corporis Christi,quām hoc di-
ceretur, nemo sermonem illum deberet
admirari:sed quia nec vos dicitis,hūc pa-
nem prius fuisse institutum in sacramen-
tum corporis Christi, quām hoc dicere-
tur;sed vultis id tropo dici , ideo absurdā
est vestra intelligētia,qua dicitis per pro-
nomen(hoc) demonstrari hunc panem.
Quibus omnibus consideratis manifestē
efficitur,aliter dici non posse, quā quod
Christus dicens : Hoc est corpus meum,
pronomine (hoc) demonstrauerit, non
panem quem manu tenebat , sed corpus
suum,quod verbis suis efficiebat:vt dixi-
mus.

Iam puto vides, sanct. Aldegonde fra-
ter , quod quemadmodū priùs in verbo
substantiuo (est)quod pro(significat) po-
situm voluisti , deinde in attributo (cor-
pus meum) per quod corporis Christi si-
gnum intelligendum putasti,secundum

scriptu-

scripturas sacras , non inuenisti tropum
 quem tanta instantia quæsiuisti; sic & nūc
 in pronomine(hoc)non potuisti inueni-
 re quod putasti,nempe quod pronomen
 (hoc)aut per metaphoram corpus Chri-
 sti significaret,aut rem aliquam demon-
 straret,quæ priùs instituta fuisset in Sacra
 mentum corporis Christi. Obscurò te , iā
 satis diu cū impijs circumiuisti:(In circui
 tu enim impij ambulāt) regredere aliquā-
 do in rectā simplicis veritatis semitā , &
 veræ fidei lumē aspice, vt possis aliquan-
 do fœliciter intueri, quòd nunc infideli-
 ter credere recusas , nempe quod Chri-
 stus dicendo : Hoc est corpus meum , ex
 pane quem manibus tenebat, vetè corp⁹
 suum effecerit:quia ipse dixit & facta sūt,
 ipse mādauit & creatā sunt. Et quia Chri-
 stus etiam apostolis, eorumq; successori-
 bus præcepit : Hoc facite in meam com-
 memorationem ; ideo etiam sacerdotes
 in persona Christi dicentes : Hoc est cor-
 pus meum,& Hic est sanguis meus , idip-
 sum faciunt,quod Christus in nouissima
 cœna fecit.

Quod Christus prætendatur vocibus & tactu
 non fecisse miracula, ad hoc videtur referri,
 ne ipsius sacramentis, vis aliqua operandi
 tribuatur.

C A P V T. X.

IN responsione ad obiectiones tuas, cōtra meam responcionem ad posteriores quæstiones, per te mihi propositas, dixeram, quod sicut Christus mandando multa effecit, quæ nos ijsdem verbis, ea-
Iohan. 5. dem significatione acceptis, tantum præ-
loha. 11. Matt. 12. cipere solemus ut per alios fiant, vt Sur-
Lucæ. 18. lohan. 4. ge, tolle grabatum tuum & ambula: &
Lazare veni foras: Extende manum tu-
am: Respice, &c. Sic etiā per præscens mul-
ta effecit, quæ nos ijsdem verbis, eadē sig-
nificatione acceptis, priùs fuisse significa-
mus: vt, Filius tuus viuit, cui in thesibus
tuis, more tuo dissimulatis sacræ scriptu-
ræ testimonijs, quibus dicta mea cōfirma-
ui, Respondes te nō inficiari Christum man-
dando multa fecisse, si mandatū referas ad men-
tem, ac voluntatem, & non ad magicā vim ver-
borum, quæ tantūmodo ad illam explicandā in-
dicandamq; adhibentur. Quibus verbis tuis
intellexi, sicut quiuis aliis intelligeret, te
sentire curationem paralytici, resuscita-
tionem Lazari, aliásq; sanitates supra cō-
memoratas, diuina quidē mente ac vo-
luntate factas, sed non vocalibus Christi
verbis, quæ tantūmodò (vt ais) ad explicā-
dam indicandamq; diuinā voluntatem
sunt adhibita, & non ad aliquid operan-
dum:

dum: & quod tribuere dictis Christi vocibus , aliquam operandi vim , sit magi-
 cum, id est, fallax curiosorum hominum
 præsumptio, cui se solet diabolus insinuat
 are, occulta sua potestate faciens aut si-
 mulans facere, quod homines errando,
 verbis aut signis magicis ascribunt. Hanc
 eandem verborum tuorum intelligentiam,
 tua hac responsione repetis, dicens:
Verbum Dei vobis esse Dei voluntatem, ac
decretum, cui summam efficientiam inesse cre-
ditis: sed voces & typos, esse nuda signa.
 Quæ cum apertissima sint, attamea, ut
 increpationibus, & verborum inuolu-
 cris sententiam tuam obnubiles, non
 erubescis perfida fronte, supra dictam
 meam, imò potius tuam intelligentiam,
 appellare impudentem calumniam, vel
 putidam oscitantium; Addisque me
 meum stuporem prodidisse, quod æternam
 Dei voluntatem, à verbis Christi vocalibus,
 & ad significandum exhibitis, distinguere non
 potui. Quasi videlicet ego æternam Dei
 voluntatem, quæ rerum omnium pri-
 ma, & radicalis causa est, à verbis Christi
 vocalibus, quibus tanquam instrumen-
 tis usus est, ad illuminandum cœcum,
 ad suscitandum Lazatum, aliasque san-
 fates perficiendas, distinguere non potue-
 rim, quia cōtra apertissimā sacræ scriptu-

ræ verba, quæ non tantum tactu ossium
 4. R. e. 13. Elizæi, sed etiam magno Christi clamor
 re mortuum suscitatum ostendunt, no-
 lohan. II. nsi fateri, non fuisse veram vocis Chri-
 sti operationem, qua Lazarum susci-
 uit, sed magicam, sed cabalisticam, sed
 diabolicam: sicut etiam de Christo com-
 Mat. 12. menti sunt Pharisæi, quod in Beelzebub
 principe dæmoniorum ejiciebat dæmo-
 nes. Ego igitur, mi Philippe, non tantum
 æternum Dei verbum, quod rerum om-
 nium prima causa est, à temporali, & à vo-
 cali verbo, quo & ad significandum, & ad
 operandum tanquam instrumento usus
 est Christus quando voluit, distinguere
 potui, sed etiam tuam absurditatem re-
 dargui, qua negas Christū verbo suo vo-
 cali operatum, cum paralyticum sanauit
 Marci 2. dicens: Surge, tolle grabatum tuum &
 ambula; cùm Lazarum resuscitauit cla-
 Joha. II. mans voce magna, Lazare veni foras: si-
 Lucæ 22. cut suo tactu auriculam Malco restituit.
 Quid autem te moueat, vt contèdas ma-
 gicum esse, dicere Christum esse usum
 verbis suis vocalibus tanquam instrumē-
 tis, vt sanitates perficeret: ex quo sequitur
 Lucæ 8. quod nec tactu vestis sanauerit mulierē
 patientem fluxum sanguinis, nec tactu
 manuum curauerit leprosum, aut auri-
 culam Malco restituerit, sed quod id di-
 cere

cere sit magicum, quia non est alia de vo
cibus, quā de tactu ratio: quid inquam te
mouerit, vt contra omnium intelligentiam hæc dices, paucis verbis indicasti,
dicens: *Cum Christus dixit, panem quem acce-
perat esse suum corpus, haud sane voluit istus vo-
cibus vim ac facultatem tribuere, ut quotiescum-
que, & à quocunque illæ pronunciarentur, toties
miraculorum noua vis ederetur.* Non quidē
hoc dixit Christus, quod illi fallaciter
imponis, videlicet panē quem acceperat
esse suum corpus, sed dixit: *Hoc est corp-
meum: sed de hoc aliás.* Nunc illud con-
siderandum est, te fateri nolle Christum
verbis suis vocalibus, Lazarum quando
voluit resuscitasse, ne quis fortè inde col-
ligat, absurdum non esse, si quis dicat, et-
iam Christum verbis suis ex pane corpus
suum confecisse; ipsosque sacerdotes, qui
ad hoc consecrati sunt, vt Christum re-
præsentantes in eius persona hoc etiā di-
cerent, idem facere. Sicut enim ex vestra
conspiratione prorsus exhiblastis Christi
consilia, de quibus principio huius defen-
sionis, sic etiam abiecistis vniuersa cius
sacramenta; sed in hoc differentiam po-
suistis, quod in Christi consilijs, nullam
retinuistis speciem aut umbram qua ru-
dioribus illuderetis, & simularetis vos
obseruare quod non obseruatis. Nam li-

cer conqueraris apud nos esse infinitas monachorum formas, quæ Christi consilia profitentur: attamen neque ex eis aliqua vobis placet, neque alia per vos excogitata est, in qua aliqui ex vobis profiterentur se Christi consilia conservare velle. In sacramentis vero inuenistis fucum, quo simularetis vos seruare quod non seruatis: explosa enim omni verborum vi, quibus Christus baptismum & sacram Eucharistiam perfici mandauit (quam vim dicitis esse magicam) solam verborum factorumque significationem & doctrinam reseruatis; ut rudioribus qui artem vestram non obseruant, illudatis. Hæc sunt non sacramentorum, sed præstigiorum vestrorum mysteria, quæ apud fideles tantæ sunt absurditatis, ut ea Christianis auribus aperuisse, satis sit redarguisse. Quod autem ait, *istis vocibus: hoc esse corpus meum, non esse eam vim inditam, ut à quocunque pronuncientur, id efficiat, quod esse significant*, verum dicis: quia sicut non cuius Angelo commissum fuit, ut diceret: *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob*, sed illi duntaxat qui ad hoc à Deo deputatus fuit, ut diuinam personam repræsentans diceret, non quod sibi, sed quod illi personæ congrueret, quæ

quæ per ipsum significabatur: Sic etiam non cuius homini commissum est, ut personam Christi repræsentet, & in eius persona efficaciter dicat, quod non personæ loquenti, sed Christo significato congruit, Hoc est corpus meum, sed solis Apostolis, eorumque in ea re successoribus sacerdotibus, quibus à Christo mandatum est: Hoc facite in meam commemorationem. Nam si quis alius, ad hoc per consecrationem non deputatus, id atrentet dicere (sicut apud vos quotidie faciunt fatores, & calcifices) non tantum nihil operatur, sed etiam perniciosè mentitur, significans absque legitima commissione, se Christi personam gerere: sicut absque dubio mentiretur, quisquis absque legitima commissione diceret: Ego sum Deus Abram, Deus Isaac, Deus Iacob: quia cum is Deus non esset, neque Deum significando repræsentaret, ut ratione rei significare posset verè dicere: Ego sum

Deus, palam mentiretur, asse-

rendo quod verum es.

se non posset.

(. . .)

Quod haec Christi enunciatio: Hoc est corpus meum, semper vera fuit, etiamsi Christi corpus, non nisi ultimo eius momento, ibi esse cœperit.

C A P V T. X I.

Capite tuo quinto, ais, caput Apolo. Giæ mæ sequens, quod in ea septimum est, sententiæ mæ inceptias, magis ac magis prodere: nempe quia contra id quod dixisti, quod eo ipso momento, quo Chri. *S*æus hæc verba proferre incipiebat, videlicet, *F*ilius tuus vinit, iam sanus erat *R*eguli filius: tanta manifestatione ostendi orationes quibus aliquid efficitur, non eo momento quo pronunciari incipiunt, sed eo quo pronunciatae sunt, suum effectum consequi, ut modò nolens volens id ipsum fatcaris. Addistamen te in momentis syllabarum, nullam vim constituisse, nec eiusmodi quippiam, vel per somnum tibi in mentem venisse. Quid tibi in mentem venerit, nescio: sed quid à calamo tuo processerit, hoc in scriptis tuis lego, hoc redarguo, & nihilominus quasi te pœnituerit approbasse quod dixi: Si vir animo ducēdi vxorem mulieri dicat, Tu es vxor mea: & illa vicissim viro dicat, Tu es vir meus, secundum Iurisconsultos non eo momento quo vir & mulier loqui incœpsent, sed quo sermonem compleuissent, factos

factos esse coniuges: atque ex eo conclu-
si, orationes quibus aliquid efficitur, nō
ipso momento quo pronunciari incipi-
unt, sed eo quo pronunciatae sunt, suum
effectum consequi argutaris, dices; *Quod*
si per pronomen (hoc) dicente Christo: Hoc est
corpus meum, demonstretur corpus Christi, ra-
tione illius instantis in quo finitur oratio: igi-
tur donec planè finita sit oratio, Christus men-
dacij reus à vobis peragitur. Visne similiter
ex dictis tuis colligamus: quod si vir &
mulier, non eo momento quo loqui coe-
perint facti sunt coniuges, sicut ipse fate-
ris, sed quo sermonem compleuerint: I-
gitur donec planè finita sit oratio men-
dacij rei sunt, dicentes: *Tu es vxor mea,*
Tu es vir meus? Si autem hæc duæ oratio-
nes, ideo semper verae sunt, quia non re-
feruntur ad momentum quo pronunci-
ari incipiunt, sed ad illud quo pronun-
ciatae sunt: similiter intellige, quod licet
per pronomen (hoc) demonstretur Chri-
sti corpus sub specie panis, eo momento
futurum, quo hæc oratio completa fue-
rit, *Hoc est corpus meum:* attamen sem-
per vera est oratio, quia non refertur ni-
fi ad illud tempus, quo res se habet, sicut
ipsa enunciatio significat. Puerilia sunt
quæ hic argutaris, & sacrarum literarum
pertractatore indigna, sed quia forsitan

cos mouere possent, qui in Dialecticis,
imò & Sophisticis minus sunt exercitati;
ideo tuo sophismati respondēdum esse
putauī, quo n̄ teris ostendere, non qui-
dē in Christi verbis, vt aīs, sed in nostra
interpretatione turpissimam falsi labem
esse: quam non video quomodo deter-
ges à tua interpretatione, qua aīs; per pro-
nomen (hoc) panem demonstrari, ip-
samque enunciationem ad illud tempus
esse referendam, quo pronunciari inci-
pit. Quia panis quem pronomen (hoc)
secundum vos demonstrat, primo ora-
tionis momento, nihil vltierius signifi-
cat, ratione cuius possit dici esse corpus
Christi : ac proindè secundum vos, nul-
la potest esse huius enunciationis intelli-
gentia, nisi quod hæc panis substantia sit
Christis corpus: à qua intelligentia, si fal-
si labem absterseris, et is mihi magnus A-
pollo. Si verò (non ex scriptura sacra, sed
ex tua pr̄sumptione & sapientia) dixeris,
quod ante Christi verba quibus aīt: Hoc
est corpus meum, panis hic in sacra-
mentum tansierit, vt ratione rei significatæ
per hunc panem à Christo acceptum in
manus, verè dixerit Christus: Hoc est
corpus meum. Igitur & qui uis aliis, ante
Christi verba ipsi Christo potuit veraci-
ter dicere: Hoc est corpus tuum. Nec in
huius

huius sacramenti distributiōe, opus erit
villis verbis : sed sicut stramen vasi absq;
villis verbis imponitur , nihilominus à
transeuntibus tantisper intelligitur sig-
nificare vas esse venale, donec à vase de-
ponitur: sic etiam panis vester absq; om-
ni sermone, per hoc quod vice corporis
Christi distribuitur, tantisper intellige-
tur, vſu esse ipsum Christi corpus, donec
hic vſus cessauerit, sicut etiam supra at-
tingimus. Quod autem te planissima om-
nia facere iactas, dicens; *Quod ex quo Chri-
ſtus voluit hunc sacramentum ac benedictum pa-
nem, in eum à nobis vſum accipi, ut effet vice
sui corporis, iam iam in aracrucis moriturus non
fuit amplius vulgaris panis, sed ipsum eius
corpus non quidem vlla ſubſtantiarum com-
migratione, sed vſu & destinatione*: Quid
aliud, quam nos verborum inuolucris,
& sermonis ambiguitate iudicas. In-
certum enim est, quod tempus designes,
dicens: *Ex quo Christus voluit hunc pa-
nem à nobis accipi, an aeternum.* (Volun-
tas enim Christi aeterna est) an tempo-
rale, quando videlicet à nobis accipitur,
iuxta illud: *Accipite & manducate.* De-
inde, hunc panem vocas sacramentum & be-
nedictum, sed non explicas quando, &
quib. verbis sit sacratus, & benedictus: an
his: *Hoc est corp⁹ meum, an alijs, an nul-*
lis:

lis: & quem effectum habuerit ea bene-
dictio. Quod si fortè dicas, non esse ver-
bis vocalibus benedictum, (id enim ma-
gicum esse contendis) sed tantum æter-
na Dei voluntate: adhuc restat explica-
re, quando sit æterna Dei voluntate be-
nedictus, & sacratus: an quando Chri-
stus dixit, Hoc est corpus meum; an quā-
do illum manducandum tradidit, di-
cens: Accipite & manducate. Satis sentio
te non libenter confiteri, quod hic panis
eo tempore versus sit in sacramentum,
quo Christus dixit: Hoc est corpus meū,
ne cogaris fateri, hunc panem, primo
momento quo Christus hanc orationē
inchoabat, Hoc est corpus meum, non-
dum fuisse sacramentum corporis Chri-
sti; ac proindè, non posse veram esse ve-
stram intelligentiam, qua per hanc e-
nunciationem: Hoc est corpus meum, sig-
nificatum esse contenditis, quod hic pa-
nis sit corpus Christi. Explica tandem
quid velis, & sermones indefinitos de-
medio tolle, ut possimus certa & defini-
ta ratione, tecū ex præsuppositis, de quæ
stionis tuæ capite differere. Laus tamen
Superis, quod nunc ex scripturis sacris
didiceris, non debuisse nuper tibi fasti-
diosum fuisse, quod ego panem quem
Christus fregerat, dederatque discipulis,

semel

DE SACRAMENTO ALTARIS.

semel atque iterum benedictum nunc
pauerim, quia hunc eundem panē nunc
& sacratum & benedictum nuncupasti.
Sed tamen doleo, quod ita vocem ag-
noscas, ut rem voce significatam obsti-
natè perneges, contendens Christi benc-
dictione, nullam panis factam esse mul-
tationem. Quando enim Deus benedi-
cit (inquit Prosper) facit quod dicit: si.
cut etiam patet in maledictione, qua mu-
lieri maledixit, dicens: In dolore paries
filios tuos. Insup in tua declaratiōe, qua
te existimas omnia planissima facere, ad-
dis *hunc panem fieri Christi corpus, non meta-
morphosi, sed vsu ac destinatione*. Quibus ver-
bis, rursus, per circuitum, ad illud redis,
quod tibi prius extortum est, nempe hu-
ius enunciationis attributum : Hoc est
corpus meum, non sumi propriè pro ve-
ro Christi corpore, sed figuratè, pro sig-
no corporis Christi. Hoc enim significat
verba tua: quibus aīs, panem hunc fieri
Christi corpus, non metamorphosi, sed
vsu, & destinatione, hoc est figura non
rei veritate. Denique addis, similitudinē
annuli, quo Episcopus aut Abbas inue-
titur. Sed longè exactius vestro sacra-
mento correspondet, similitudo strami-
nis vasi impositi, quia annulus post inue-
titionem, diligenter & honorifice con-
ser.

Prosper
super
Psal. 102.

DEFENSIO APOLOGIAE

seruatur, ac in rei memoriam publicè ostentatur; vestrum autem sacramentum, nec conseruatur, nec ostentatur, sed auctoritate consumitum, aut cessante auctoritate, ad pristinum suum statum reuertitur, sicut stramen vasi impositum, si in sua significatione non sit consumptum, cum a vase detrahitur, omnino tale euadit, quale erat priusquam vasi ad significandum impuneretur.

Quod responsio de transubstantiatione ad testimonia, Filius tuus vivit; & Mulier ecce filius tuus, sit omnino extra causam.

CAPUT XII.

Capite septimo Apologiæ meæ improbauerā, quod videris mihi veritatem, & verborū Christi intelligentiam, corporeis sensibus metiri, & magis fideire, & in hæc rere phantasiæ, quam ex sensuum exteriorum iudicio concipis, nempe quod in pane & vino, per Christi benedictionē, nulla sit facta mutatio; quā credere verbis Christi, in scriptura sacra manifestissimè contentis, quib⁹ ait: Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus. Et tamen nobis absque illa apparētia impropertas, quod transubstantiationē, soli exterritorū sensuum iudicio superstruimus. Contra, quæ quid capite s. responsionis tuæ

tuę dicas, non est opus hic explicare; vide
 at lector, & iudicet: quia sentio tibi cere-
 brum commoueri, si quid per te dictum
 exactius discutiā, quod existimas ex pro-
 pinquo non contingere caput disputati-
 onis nostræ, quam facere vis de transub-
 stantiatione. Ut igitur ostenderem ean-
 dem enunciationem, alia & alia intenti-
 one posse proferri, dixeram Christum a-
 lia intentione, scilicet finali, dixisse regu-
 lo; Filius tuus viuit; nempe intentione
Iohann. 4.
 sanandi filium eius; alia seruos, nempe
 intentione latificandi Dominum suum
 de sanitate filij: Hic tu respondisti in cu-
 ratione filij reguli, *nullam significari trans-*
migrationem substantiæ in substantiam. Ad
 quod dixi, rationem per te datam, velu-
 ti à somniante, omnino extra causam ad
 ductam, quia non agebamus de transub-
 stantiatione, sed an eadē enunciatio, ser-
 uata eadem significatione, posset alia &
 alia intentione proferri. Atque ut ostē-
 derem, posse alia atque alia intentione,
 videlicet finali, proferri, illam scriptu-
 ram adduxi, non tanquam exemplum a-
 liquod, quo per verbum (est) significatur
 transubstantiatio, sicut tu contra tua, &
 mea expressa verba tibi cōfingis. Sic enim
 habet initium capit. 7. in apologia mea:
Subdis in tua response, exempla scripturæ
TACQD
sacra

sacræ, per me proposita, ut ostenderem unam & eandem enunciationem, seruata eadem vocum significacione, posse alia & alia intentione profiri: videlicet, Filius tuus viuit: &, Mulier ecce filius tuus, cum nostro argumento nihil habere cōmune, eo quod nullam significant transmigrationem substantiæ in substantiam; sed tantum accidentis in accidens. An non hic manifestè vides, ad quid probandum adduxerim illa duo scripturæ sacræ testimonia: Vade, filius tuus viuit; &, Mulier ecce filius tuus? Et hic adhuc conquereris, quod ad tuā transsubstantiationē, in his testimonijs per te allegatām negry quidem responderim. Obscro an non satis magnū gry fuit, quod te dixi in prima responsione, ad dicta testimonia veluti somniantem respondisse, & quod nunc adhuc dico, te in eodem somnio perseverare, quando à me petis, ut aperte fatear, Beatam virginē duos ex sua substantia habuisse filios, alterum ortu, alterum transubstantiatione, cum in productione dictorum testimoniiorum, nullam omnino transsubstātiōnis mentionem fecerim, sed tantū conatus sum ostendere, eandem orationem, alia & alia finali intentione dici? Nam Christus in cruce dicens matri de Iohāne: Hic est filius tuus, finaliter inten dit, his verbis Iohannem in Mariæ filiū adoptare.

adoptare. Si autē S. Petrus postea hoc i-
dem Beatæ Mariæ dixisset, tunc tantum
intendisset id significare, quod à Christo
factum etat in cruce, nempe significare,
quod Iohannes esset filius Mariæ adopti-
tus.

Hic præterire non possum, id de quo &
mihi congratulor, & tibi condolco, nē-
pe quod me facetum scurram vocas: gau-
deo enim quod à Domino iudicat⁹ sum
dignus, qui pro veritatis defensione con-
tumeliam sustinerem: Nam beati estis
cūm maledixerint vobis homines, & di-
xerint omne malum aduersum vos, mē-
tientes propter me; gaudete & exultate,
quoniam merces vestra copiosa est in cę-
lis, inquit Christus. Sed me contristat,
quòd cūm hactenus gloriatus sim de te,
quod licet pro defensiōe causæ quam su-
stines, multa diceres, quæ mihi nō place-
rent; attamen à conuicijs & contumelijs
abstineres. Nunc autem, non video, quo
modo hoc verbum, quod tibi hic exci-
dit, referre quicam ad defensionem cau-
sæ quam suscepisti, & non potius ad stu-
dium lædendæ & inhonorandæ perso-
næ meæ, quod est conuicij & contume-
liæ proprium. Potest quidem à furore
oculus meus conturbari, vt alicui infe-
ram iudiciū contumeliæ, sicut mihi prin-

44 DEFENSIO APOLOGIAE.

cipio tuæ responsionis obiecisti, sed syn-
cerè dico, si quid à me prodijt, quod tale
quippiam tibi sonare videtur (cuius non
sum mihi conscius) non intendi id quod
mihi impingis. Si quid autem interdum
differendo conatus sum lepidius dicere,
id non fecianimo irritandi quempiam,
aut vanè delectādi, sicut solēt faceti scur-
ræ, sed studio consulendi fidelibus, ut ab
erroribus reuocarentur: sicut Heliā feci-
se arbitror, quando sacerdotibus Baal il-
ludebat, dicēs: Clamate voce maiore, De-
us enim est, & forsitan loquitur, aut in di-
uersorio est, aut in itinere, aut certè dor-
mit, ut excitetur.

¶ R.C. 18.

Quod hac oratione, Petra erat Christus, nulla
efficitur transmutatio, quia tantum significa-
tur quod ante fuit, quam hæc oratio pro-
nunciaretur.

C A P V T X I I I .

Capite VIII. refricas verbi (est) vnā &
simplicem esse significationem, sed
vbi coniungitur Categorijs tū accipi pro-
re subiecta: de qua re satis dixi in Apolo-
gia, sed cū eo quod addis, me magno studio
voluisse verbi (est) significationem, introducere
ad fieri, ut persuaderem, Hoc est corpus meum,
idem significare, atq; hoc sit, vel hoc factum est
corpus meū; Vellē adiungeres quo loco,
aut quibus verbis conatus sum hanc ver-
bi (est) significationem introducere, vt
appareret,

appareret, quā sit verū quod dicas. Dixi ca. 4. Apologiz meæ, virtute huius p- positionis: Hoc est corpus meum, posse fieri, quod per eam non significatur fieri, sed tantū significatur esse: ubi satis aper- tè significavi, verbum (est) in propria sig- nificatione, & nō pro(fieri) accipi: sed ubi diuersum asseruerim, non inuenio. Proindè obserua, ne fortè in libro meo non inuenieris quod mihi ascribis, nem- pe quod magno studio voluerim verbi (est) significationem introducere ad (fie- ri), ut persuaderem; Hoc est corpus me- um, idem significare, atque hoc fit, vel hoc factum est corpus meum; sed tempo- riis hoc, aut dormiendo somniaisse, aut vigilando confinxisse.

Dicis in has orationes: *Petra erat Christus, & subiectam vocem, & quæ illi attribuitur, substantiam significare.* Et verū dicas; ac deinde rogas, *cur non credimus Petram substa- tialiter fuisse in Christum transformatum?* Re- spōdeo, quod sicut Petra, quæ est vox sub- iecta, lapidem significat: sic & ipse idem lapis significatus, vlt̄ri sacramentaliter Christum repræsentat, de quo dicitur: Pe- tra autem erat Christus, id est, res signi- ficata per illum lapidem virga Moysi percussum, erat Christus: quod quia si- ne vlla transmutatione verū inueni-

50 DEFENSIO APOLOGIAE.

tur, ideo in hac oratione: **Petra erat Christus** nulla trāsmutatio quāritur, vt vera esse inueniatur sicut nec in hac; Hæc statua est. S. Franciscus homo est substantia: quia cùm dicitur, **Petra erat Christus**, non ad signum, sed ad rem signatam res picitur, quæ longo tempore prius fuit, quam hoc ab Apostolo diceretur. In hac autem oratione: **Hoc est corpus meum**, nihil potest intelligi demonstratū, quod tunc fuerit Christi sacramentum, cùm hoc dici inciperet, vt intelligi queat sermo esse, non de re per pronomen (hoc) demonstrata, sed de re sacramentaliter, per rem illam demonstratam vterius significata: sicut de Petra diximus. Et ideo in hac oratione; **Hoc est corpus meum**, neceslum est ad id venire, quod supra diximus, vt per pronomen (hoc) demonstretur Christi corpus, quod his verbis efficiebatur. Nam alioqui, verum esse non potest quod ait Christus; **Hoc est corpus meum**. In hac autem oratione, **Petra erat Christus**, nulla transmutatio ne opus est, vt vera sit oratio, quia per eā nihil aliud significatur, quam quod res sacramentaliter significata per Petram in monte Oreb virga Moysi percussam, sit Christus; quod sermone simplicissimo verum est. Sed de his plura diximus superius.

Quod

Quod præsentia Christi in sacramento altaris,
(quam populus Christianus semper intelle-

xit secundum corpus & sanguinem)

versutè transfertur ad præsen-
tiam secundum diuini-
tatem.

C A P V T X I I I .

CApit tuo nono gloriaris, quod cum
scripta tua cum mea Apologia nō e-
diderim, (malui enim venenatum ci-
bum peritis medicis iudicandum relin-
quere, quam rudi plebi manducandum
propinare.) tu tamen Apologiam me-
am, cum tua responsione curaueris ex-
cudi, nempe ut eos nostræ disputationis
judices constituas, eorumque iudicio vi-
ctor euadas, de quibus ait Apostolus, ^{2. Tim. 4}
Quod erit tempus cum sanam doctri-
nam non sustinebunt, sed ad sua deside-
ria coaceruabunt sibi magistros, prurien-
tes auribus; & à veritate quidem auditū
auertent, ad fabulas autem conuerten-
tur. Cæterum si quis vestrorum, meis
verbis, quæ tu venenata reputas, incan-
tetur: nō netibi imputabitur, quod abs-
que necessitate, venenū ab alio confectū
propinaueris, tantum ut experiaris, an ne
per te sufficiens & oportunum, contra
illud sit adhibitum remedium? Addis

DEFENSIO APOLOGIAE.

etiam te prudentem pertransire disputationes
meas de benedictione & maledictione, de que
se raminis usi impositionis similitudine, aliquo
eius generis per multa: ne confutandis meis
ineptis, ipse te ineptum praebas. Respondeo,
non exiguum esse prudentiam, ea quasi
contemnendo præterire, quæ propter
nimiam euidentiam, neque argumentis
refelli, neq; verborum inuolucris pos-
sunt obscurari. Ad illud transeo, quod
capite sequenti tam acerbis verbis ex-
aggeras, me versuè ac veteratorie, Christi
præsentiam pro crantubstantiatione panis
substituisse. Quod quidem ipsum (inquis) in
libri cuius titulo fecisti, sane quam impuden-
ter. Capite XI. Apologiæ meæ sic bre-
uiter argumentum tuum retuli: Christus
præcepit, ut quotiescumque id fecerimus, in sui
memoriam faciamus: igitur in sacramento
Eucharistiae non est Coris Christi præsentia, sed
memoria. Deinde respondi, Christum ius-
sisse benedictionem, fractionem, & sum-
ptionem huius sacramenti, in sui memo-
riam fieri: sed nunquid negavit præsen-
tiam, cum dixit: Hoc est corpus meum:
&, Hic est sanguis meus? Quia igitur in
argumento tuo non intuli: igitur in sa-
cramento Eucharistiae non est Christi
præsentia secundum corpus: sed tantum
dixi, non est Christi præsentia: Ideo ex-
cla-

DE SACRAMENTO ALTARIS 9

clamas, me veteratoriè & versutè age.
re, quasi non hoc ipsum satis expresse.
rim cùm subieci: nunquid negauit præ.
sentiam, cùm dixit: Hoc est corpus me.
um: Hic est sanguis meus? significans me
loqui de Christi præsentia, non secun.
dum diuinitatem, de qua nemo vobis.
cuni contendit, sed de præsentia secun.
dum carnem & sanguinem. Sanè si tunc
aduertissem, quod nūc aduerto, te refor.
midare populi iudicium, cui⁹ animo ex
antiquissima fide impressum est, Christū
in sacramento Eucharistiæ semper esse
præsentem teq; huius dicti intelligentiā
de veritate corporis & sanguinis Domi.
ni, astutè, dolosè, veteratoriè velle trans.
ferre ad præsentiam secundum diuinita.
tem, vel secundum fidem, sicut ait Apo.
stolus: Christum habitare per fidem in Ephes. 2.
cordib. vt populo illudas, qui hanc Chri.
sti præsentiam semper intellexerit secun.
dum corpus & sanguinem: ego potius
ter intulisse, te velle colligere, in sacra.
mento Eucharistiæ non esse præsentiam
Christi secundum corpus & sanguinem,
quam semel omissem, quod nunc ex.
primo, secundum corpus & sanguinem,
vt amputassem tibi occasionem, tam
multa dicendi de Christi præsentia se.
cundum diuinitatem, & secundum fidem;

de qua nulla quæstio tibi mouebatur. Sed quia tunc hoc non aduerti, ideo contra sophisticam & dolosam, ne dicam veteratoriam tuam intelligentiam, minus vigilans fui, simpliciter ponens Christi præsentiam, pro præsentia secundum corpus & sanguinem. Quid autem in titulo libri mei dicas impudenter per me factum, non intelligo. Sic enim habet titulus : *Apologia de veritate corporis Christi in sacramento altaris.* Nullum enim locum reliqui intelligentiæ tux de præsentia diuinitatis. Sed fortè male te habet, quod non inscripserim apologiam, de transubstantiatione, ut relictis sacræ scripturæ verbis, in quæstione transubstantiationis, posses simulare cupressum, ad quam tanquam locum communem libenter, etiam sine necessitate, recurris. Addis me argutulè cauillari, haud esse facimus, deglutire integrum Christi carnem modo non frangatur aut laceretur. Hoc dixi nec muto, quod Christum deglutire, imò & frangere, eo modo quo in sacramento frangitur, nec facinus nec crimen est: quia neque occisio est, neque læsio, quæ occisionis principium est. Tu autem qui facinus esse contendis, dicens mandati sit transgressio deglutiens aut etiam frangere Christi corpus, si-

DE SACRAMENTO ALTARIS 35

ne iniuria & læsione: facinus enim om-
ne contra aliquod mandatum præsumi-
tur. Sed tibi sufficit id dicere, etiamsi ne-
que scripturam sacram, neque rationem
possis adducere. Dicis *facinus esse deglu-*
tire ritu balenæ. Fateor quia balena
deglutit ad interimendum, sed si sine læ-
sione deglutiret ad transportandum, si-
cūt nauigantem deglutit nauis, aut sicut
cœte deglutiuit Ionam, nō esset facinus;
sed beneficium.

Quod sensus præstigium non patiantur quan-
do substantia in substantiam insensibili-
ter transmutatur.

C A P V T X V.

CAPITE tuo XI. & XII. in verbo.
Crum campos excurris, & libro tuo
prolixam disputationem inseris, de di-
ctis Petri Lombardi, Diui Thomæ Aqui-
natis, Caietani, & aliorum: Item de sen-
sibilibus qualitatibus, quas dicis à nobis
fingi apparere, quæ non sunt: velut al-
bum, rotundum: in qua re si nihil finge-
res, fortè religiosior appareres. Item ca-
put 13. consumis, negando te significasse
possibilem esse Lutheranorum opinio-
nem, de pane remanendo in sacra Eu-
charistia, cum Christi corpore: de quibus
omnibus nihil dico, quia fidei Catholi-

D 5 cæ,

caꝝ, non Scholasticorum doctorum suscepisti defensionem.

Ad caput tuum 14. venio, in quo conariſ defendere, quod si panis per verba Christi in Christi corpus conuertatur, igitur sensus, qui hoc non aduertunt, præstigium patiuntur. Rogauimus, an etiam sensus præstigium patientur, quando nō aduertunt, quod infans in baptismo, ex filio diaboli, Dei filius efficitur? sed quia existimas, inter has duas transmutaciones, quæ tamen ambæ insensibiles sunt, nihil esse simile, ob id (vt suspicor) quod in batismo nulla fiat substantiæ transmutatio, quæ possit cum ea transubstantiatione comparari, quæ videtur tibi perpetuò ob oculos verfari, adferam aliam transmutationem. Rogo igitur, si quis te præsente, sed id sensu non percipiente moriatur: an sensus tui in hac transmutatione substantiæ præstigium passi dicentur, quia non aduerterunt, quod alia ratione postea depræhenditur, nempe ex viuo homine, cadauer inanime factum esse? Intellige igitur sensus præstigium pati, non quando circa substantias aliquid occulte mutatur, quod sensu non percipitur, sed quando sensibus in suo sensibili illuditur, ut aliud pro alio sentiant.

Vt ostendas apud Apostolum, cùm
ait: Panis quem frangimus, non corpus Christi ex pane factum, sed verum pa-
nem esse, qui frangi dicitur: conaris o-
stendere serpentem in quem virga Moy-
si conuersa legitur, adhuc virgam no-
minari, non quia ex virga factus est, sed
quia magorū virgis comparabatur: quas
prætendis re vera in serpentes mutatas
non fuisse. Sed si verus serpens propter
nudam comparationem ad virgas, quæ
sub serpentum specie occultabantur no-
mine virgæ appellatus est: quanto ma-
gis poterit idem serpens, virga nuncupa-
ri, propter comparationem ad virgam,
quæ spectantibus omnibus in illum ser-
pentem est conuersa? Et simul ad illud
nihil respondes, quod tibi primo loco
obieci dicens, quod cum tu contendas
de panis substantia rectè à Christo dictū,
Hoc est corpus meum, tantum quia pa-
nis adhibebatur ad significandum Chri-
sti corpus, cuius nullam præferebat ima-
ginem: miraris tamen, si Apostolus pa-
nem vocet Christi corpus, verbis Christi
ex pane factum, & adhuc integrum panis
figuram retinens.

Quia dixerā, in simulachro sancti Fran-
cisci, relucere imaginem eius ut statim
intelligatur, cur hoc simulachrū sanctus
Fran-

DEFENSIO APOLOGIAE

Franciscus esse dicatur (quod non minus dicere poteram de imagine Cæsaris, vel simulachro dæmonis, quam de imagine alicuius sancti) attamen arrepta occasione, statim excurris ad accusationem sacerdotum idolorum, & sacris imaginibus male dicendo te disertum ostēdis. Quasi hic aliquid egisset de cultu imaginū, & non potius de sermone, quo in talibus rebus uti solemus, dicentes: Statuam Iouem, quia videlicet res per statuam Iouis significata, Iupiter est. Sed more tuo fecisti, quod audita voce imaginis, hunc locum tuum communem negligendum non putasti, ut tuæ responsionis chartas, disputatione nihil ad rem pertinente, adimpleres.

Quod locus Apostoli: Bibebant de consequente eos petra, à D. Augustino rectè accipitur de Iudæis, spiritualiter utentibus sacramentis illius temporis.

CAPUT XVI.

Capite tuo XV. quereris me locum
Gillum Pauli; Bibebat de consequente eos Petra, Petra autem erat Christus, argutula cauillatione peruertere, & contra Augustini, aliorumque veterum auctoritatem de ipso Christo, qui per fidem in eorum cordibus qui bibisse dicuntur, habita-

habitabat, interpretari; non autem de in-
credulis Iudæis, qui sacramentorum dū-
taxat erant participes. Nisi in Apologia Chrysost.^{Christ}
ostendissem, Chrysost. id sentire quod August.^{August.}
dixi, forsitan illum etiam hic nominal-
ses: sed quia D. Augustinum reliquis sup-
pressis nominasti, audi quid lib. 12. con-
tra Fastum cap. 29. de hac redicat. Recita-
tis enim verbis Apostoli ex cap. 10. prio-
ris ad Corinth. usque ad hanc clausulā:
Petra autem erat Christus, subiicit verba
sua, quæ sic habent. Exponendo unum,
in cætera introducit intellectū. Si enim
Petra Christus propter firmitatem, cur
non & manna Christus, tanquam panis
viuus qui de cœlo descendit? quo verè
qui vescuntur, spiritualiter viuunt: Nam
illi veterem figuram carnaliter accipien-
tes, mortui sunt; Sed cum dicit Aposto-
lus, eundem cibum spirituale mandu-
cauerūt, ostendit illud spiritualiter intel-
ligi in Christo, sicut & potum cur spiritu-
alem dixisset, aperuit cum subiunxit: Pe-
tra autem erat Christus, quo aperto cun-
cta fulserunt. Et rursus tractat. 26. super
Iohannem, tractans illud; Patres vestri
manducauerūt manna in deserto, & mor-
tui sunt. Quare manducauerunt & mor-
tui sunt? Quia quod videbant credebant,
quod non videbant non intelligebant.

Ideo

Ideo patres vestri , quia similes estis illorum . Manducauit manna & Moyses , & Aaron ; manducauit manna & Phinees , & mortui non sunt ; quare ? quia visibilē cibum spiritualiter intellexerunt , spiritu liter gustauerunt , ut spiritualiter satiaren- tur . Et infra super illud : Hic est panis qui de cœlo descendit . Hunc panē , inquit , sig- nificauit manna ; hunc panē significauit altare Dei . Sacramēta illa fuerunt , in sig- nis diuersa sūt , sed in re que significatur , paria sunt . Apostolum audi : Nolo enim

1. Cor. 10 vos , inquit , ignorare fratres , quia patres nostri oēs sub nube fuerunt , & oēs mare transferunt , & omnes per Moysen bapti- zati sunt in nube & in mari , & omnes e- andem escam spiritalem manducae- runt ; spiritalem vtique eandem , nam corporalem alteram , quia illi manna , nos aliud ; spiritalem vero , quam nos vel patres nostri , quibus nos similes sumus , non patres illorum , quibus illi similes fuerunt . Et adiungit ; Et omnes eundem potum spiritalem biberunt ; aliud illi , aliud nos , sed specie visibili quidem , ta- men hoc idem significante virtute spiri- tali : Quomodo enim eundem potum ? Bibebant , inquit , de spirituali sequente Pe- tra , Petra autem erat Christus' . Inde pa- nis , inde potus . Petra Christus in signo , verus

DE SACRAMENTO ALTARIS.

verus Christus in verbo & in carne . Et quomodo biberunt : percussa est Petra de virga bis . Gemina percussio , duo ligna crucis significat . Hic est ergo panis qui de celo descendit , sed qui pertinet ad virtutem sacramenti , non qui pertinet ad visibile sacramentum . Haec tenus Augustinus : quem manifestum est dictum Apostoli locum , intellectissime de ijs qui in sacramentis veteribus , per fidem , Christum spiritualiter manducabant . Nam cum dicit Apostolus ; Eundem cibum spirituale manducauerunt , ostendit illud spiritualiter intelligi , in Christo , inquit . Sed & ipse textus Apostoli , nos cogit intelligere quod dixi : habet enim sic , Nolumus vos ignorare fratres . Igitur fidelibus loquitur , qui fratres appellantur . Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt : fideles loquuntur , fidelium enim patres fuerunt Prophetæ & alii sancti , quorum conuersatio in cœlis fuit . Nam fidei illorum credendo sunt imitatores . Igitur de spiritualibus Iudæis loquitur , infidelium autem est dicere sibi patrem super terram , quibus ait Christus : Patres vestri , videlicet infideles & increduli , manducauerunt manna in deserto , & mortui sunt ; quia non spiritualiter fide intelligendo sacramenti ratione , sed tantum

tantum carnaliter, vitam temporalem
sestendo manducauerunt. Sequitur; Bi.
bebant autem de spirituali, consequen-
te eos Petra, Petra autem erat Christus:
qui de se ait apud Iohannem: Qui credit
in me, non sitiet . Sed ne cogatis per pe-
tram sequētem, Christū intelligere(. Nā
lapis ipse populum nō sequebatur) dicas
Petram quidem in Oreb virga Moyſi percussā,
non esse secutam populum, sed aquam de Petra
fluentem, quæ per Metonomiam nomine Petra
intelligitur. Sed quomodo illa aqua sit po-
pulum secuta, tu videris : Nihil enim ei-
usmodi in Numerishabemus . Imo po-
pulus obtulit, in Idumæa, pro aquis pre-
tium dare, quod non obtulisset, si aqua
petræ percussæ populum secuta fuisset, si
cūt prætendis. Quoniam igitur in D. Au-
gustino, quem nominasti, te falsum dix-
isse comperio; nempe quod locum Apo-
stoli de carnalibus Iudæis acceperit, &
merito idem suspicor de pluribus alijs,
quorum nomina tacuisti: ideò ad textū
Apostoli te reuoco, & ex illo tibi osten-
do, quid me mouerit, & quid te mouere
debuerit, vt istud Apostoli testimonium
acciperes, non de ijs Iudæis, qui carna-
liter tantum, sicut accipiunt quidam; sed
de ijs qui spiritualiter veteris testamenti
sacramenta perceperunt. Non igitur ego
lecto.

Iectoris patientiam tento, autà proprio sensu verba Apostoli proterue detor- queo, sicut absq; omni ratione mihi im- properas) sed tu, qui etiam sacris docto- ribus, contra apertissima verba textus, audes falsum imponere. Sed obijcis ma- ximam eorum partem, de quibus loquitur Apo- stolus, fuisse infidelem: quod illis, in quorum cordibus habitat Christus, tribui non potest.

Respondeo me fateri quod dicis, maxi- mam partem eorum fuisse infidelem. Sed multum miror te velle descripturis sanctis differere, & tamen ignorare se- cundam Ticonij regulam, quæ habetur apud Augustinū de doctrina Christ. lib. 3. cap. 32. cui subdit, quod lectorem vigi- lantem requirit: quando videlicet scrip- tura, cum ad alios loquitur, tanquam ad eos ipsos, ad quos loquebatur, videtur loqui: vel de ipsis, cum de alijs iam loqui- tur, tanquam vnum sitvtrorumque cor- pus propter temporalem commixtio- nem & cōmunionem sacramentorum. Et adducit huius regulæ exemplum ex Canticis Canticorum, vbi ait Ecclesia; Fusca sum, sed formosa; fusca in malis, formosa in bonis. Item aliud ex Isa. 42. cap. vbi de bona parte dicit: Ducam eos in viam: deinde de alia parte, tanquam de ijsdem subdit: Ipsi autem conuersi

August.

Cap. i.

E sunt

sunt retrorsum, quamuis alij iam signifi-
centur his verbis. Igitur si circa dictam
Ticonij regulam vigilasses, facile intel-
lexisses obiectionis tuae solutionē, quod
Apostolus iuxta morem scripturæ sacré,
in priore quidem capitilis sui parte, de spi-
ritualibus Iudæis loquatur: in sequenti
verò, de carnalibus in eodem populo, e-
orundemque sacramentorum commu-
nione existentibus.

Quod Petra de qua ait Apostolus: Petra erat
Christus, prius Christi sacraméntum fuit, quam
hoc diceretur: non autem panis prius
quam à Christo in manus accipe-
retur.

C' A P V T X V I I .

Capite. X V I . multa verborum ambi-
tione præmissa, acceptas meam con-
fessionem, qua dixi, Hanc sententiam,
Petra erat Christus, vel hanc, si vñquam
in scripturis sacris reperiretur, Columba
quaꝝ super Christum descendit, fuit Spi-
ritus sanctus: non sic explicandam: Hæc
columba significauit Spiritum sanctum:
vel sic; Hæc columba fuit sacramentum
Spiritus sancti: sed tantum explicandam
per hanc sententiam: Id quod per illam
columbam fuit sacramentaliter signifi-
catum, verè fuit spiritus sanctus: sic, vt
non sit figura in voce attributa Spiritus
san-

sanctus) neque in copula verbi (est) sed (ut ait) in ipsa voce subiecta. Respondeo iuxta iam dictam explicationem huius sententiae, Columba quae super Christum descendit, fuit Spiritus sanctus: cui similis est: Petra in Oreb percussa erat Christus: non tantum in voce attributa, & in copula, sed etiam in voce subiecta, nullam omnino fuisse figuram. Ipsa enim subiecta vox, videlicet Columba, iuxta suae significationis proprietatem auem notam significat, sicut & Petra lapidem. Sed quia haec avis, quando super Christum descendit, sacramentaliter Spiritum sanctum significauit: ideo ratione rei per hanc auem significa-
tæ, rectè dici potuit, quod illa columba fuit Spiritus sanctus: Vnde Diauis Augustinus de Genesi ad literam libero. 8. capite. 4. dicit, quod in his sententijs: Sapientia est lignum vitae omnibus amplectentibus eam: Et, Petra erat Christus: quibus omnino similis est haec enuntiatio: Columba illa, quae super Christum descendit, fuit spiritus sanctus: non erat (inquit) figurata locutio, sed earum rerum expressa narratio, quarum erat figurata processio. Et infra: Rectè quippe appellatur, quod ad eam significantiam præcessit. Non igitur est in voce (li-

gnum vitæ) neque in voce (Petra) vel (Co-
lumba) vlla figurata significatio; sed in re
significata(de qua in dictis sententijs mē-
tio est) præcessit quædam sacramentalis
institutio , qua res ipsa per vocem pro-
priè significata , Sapientiam , Christum,
aut Spiritum sanctum significat . Quod
autem consequenter ex dictis duabus
sententijs congruenter postulas , vt hæc
enunciatio à Christo prolata ; Hoc est
corpus meum , non explicetur per hanc
sententiam , Hoc significat corpus me-
um; neque per hanc , Hoc est signum cor-
poris mei , vt sit figura in attributo , aut
verbo : sed tantum per hanc ; Id quod sa-
cramentaliter significatur per hoc quod
vobis demonstro , vel per hunc panem ,
est verè corpus meum ; absurdâ petitio
est , qua exigitur falsa & absurdâ huius
propositionis explicatio . Siquidem hu-
ius panis , quem prætendis pronomine
(hoc) demonstrati , nulla omnino præ-
cessit sacramentalis institutio , qua Chri-
stum aut eius corpus significaret , sed an-
tea tantum res fuit , non signum . Quod
qui attendunt facilè vident falsam & do-
losam esse hanc explicationem à te ex-
cogitatam , videlicet , Id quod per hunc
panem significatur , est Christi corpus .
Hic enim præsupponitur , quod quemad
modum

modum Petra in Oreb percussa, prius sacramentaliter Christum significabat, quam diceret Apostolus, Petra erat Christus: sic etiam panis, quem in nouissima coena accepit Christus in manus suas ad benedicendum, prius sacramentaliter institutus fuerit ad significandum Christi corpus, quam ipse Christus benedicens panem, diceret; Hoc est corpus meum. Id quod aperte falsum est: quia nulla processit institutio, qua hic panis, quem Christus in suas manus accepit, sacramentaliter significaret Christi corpus. Aut si qua talis institutio sacramentalis processit, proferatur, & ex scripturis scitis confirmetur,

Quod confidentia non semper sit argumentum veritatis, sed aliquando presumptionis & impudicitiae.

CAPUT XVIII.

CAPITE vltimo respcionis tue, Crefricas confidentiam tuam, quae scripta mea cum tuis ausus sis prælo committere, ut mundus de causa iudicet. An in hac re instituto tuo congruenter feceris, sicut supra dixi, tu videris. Ego tamen considerans te eadem fronte quae scripta mea cum tuis edidisti, simul asse-

rere, quod quo tempore eras Louanij, vi-
deris scripta Ruardi Tappardi co-tatum
nomine vetari, quod Caluini rationes
interdum fusius, & de verbo ad verbum
proposuisset: non magnifico confiden-
tiam tuam. Quia mihi, & pluribus alijs,
qui eius temporis adhuc memoriam re-
tinent, certo constat falsum esse, quod
de scriptis Tappardi te vidisse scribis. E-
ram enim tunc non tantum professor
sacrarum literarum, sed etiam de consi-
lio Vniuersitatis Louaniensis, & facul-
tatis sacræ Theologiæ: in quibus consi-
lijs, nulla vñquam facta est eius rei men-
tio.

Confidentia igitur non semper est ve-
ritatis argumentum, sed frequenter præ-
sumptionis, superbiae, & impudentiae te-
stimonium: qua nonnulli, & præsertim
heretici, cōstantiore vultu asserunt quod
nesciunt, aut etiam quod dolosè confin-
ixerunt, quam alij quod compertum ha-
bent. Quæ impudentia in sequētibus ad-
huc manifestius ostenditur, vbi volens
verba mea refellere, quibus dixi quod si
Catholici principes de vobis aliquid durius sta-
tuerent, quam vestri duces de Catholicis statu-
unt, id præter rationem non fore. Nunquam e-
nim fuimus quod estis, nec aliquid vobis promi-
simus, neque à vobis vñquam defecimus, ut vo-
bis

bis hostes efficeremur: vos à nobis nostrare religione, nostroque principe, contra fidem datam, contra maiorum insciuria defecistis. Deinde adicci. Vos vosmetipso Rom. Catholicæ religioni subtraxistis, & subtractos Romanæ Catholicæ religionis desertores appellastis. Respondes, nos bis esse perduelles. Primum quod à Rege ob Hispanorum tyrannidem detecerimus. Deinde fortuna paululum commutata, in patriam armaturimus, seu, vt infra ait, à vobis quibus eramus arclissimo iuncti sedere & sacramento, discessisse omnes vident. Deinde etiā addis, perridiculum esse, quod Catholicæ Romanæ Ecclesiæ vos dixerim esse desertores, eò quod Catholicæ Romana, nihil aliud sit quam uniuersalis particularis. Si apud Iurisperitos duntaxat causa hæc ageretur, facilis esset ad tuas accusationes responsio, quod criminatio (præsertim quæ vos deficiendo à Rege saltem semel perduelles esse conuincit) non sit purgatio. Sed quia mundo satisfaciendum est, in quo sunt non solum intelligentes & eruditæ, sed etiam rudes & imperiti, qui inter purgationem, & criminacionem non distinguunt: Ideo respondeo, nobis, id est, Vnuerſitati Louaniensi, ante aduentum Domini de Glabbeke, nihil unquam fuisse propositum, quod ullam à Rege Catho-

lico defectionem portenderet. Sed cum
is aliquot diebus ante conflictum Gem-
blacensem venisset Louanium, me præ-
sente, audiente, & simul cum ceteris re-
pondente, Vniuersitati Louaniensi pro-
posuit, & ad ea responsum accepit: quæ
sequenti commentario, ex Actis Vniuer-
sitatis Louaniensis ad verbum extracta,
continentur.

A N N O Domini 1578. die Lunæ, 27.
Iannuarij, hora tertia post Meridiem, in
superiore Capitulo sancti Petri Loua-
niensis, fuit sub iuramento conuocata,
congregata Vniuersitas, cui Magnificus
dominus Rector proposuit ea quæ se-
quuntur. Primo, an placeat acceptare
pro superintendentे custodiæ & con-
seruationis, ac inde dependentium,
oppidi Louaniensis, Maximilianum de
Cottreau, dominū temporalem de Glab-
beke, &c. iuxta commissionem sibi da-
tam. Secundo, proposuit Vniuersitati,
an placeat præstare iuramentum, iuxta
formulam ab eodem domino Maximi-
liano propositam, tenoris hic inferius
inserti. Super quibus Vniuersitas delibe-
rando conclusit, præfato de Glabbeke
dandum esse responsum in scriptis, teno-
ris sequentis.

A L M A Vniuersitatis studij generalis
oppi-

Oppidi Louaniensis, viso exemplo commisionis, quæ sub data 17. huius mensis Ianuarij, nobili viro Maximiliano Cotreau, domino de Glabbeke, &c. data est, quo ad superintendentiam custodiæ & vigiliarum, oppidi Louaniensis: audita quoque illius propositione, & exactio ne iuramenti inscriptis concepti, sub formula sequenti.

GE Kgheloue ende swere ten heylighen/
Den Coninckl. Maiesteyt/ als Hertoghe
van Brabant / Erfs hertoghe Mathias
van Distenrijck / Gouuerneur ende Ca
piteyn generael van zijnen Nederlanden:
Mijn heere den Prince van Orangien/ als
gouuerneur particulier van Brabant/ en
de Lieutenant generael vanden voerschreuen
Nederlanden: ende Maximiliaen van Cot
reau / heere van Glabbeke/ Wassemont/
etc. als superintendent deser stat van Louen/
vanden Coninckl. Maiesteyt / ende Sta
ten generael daer toe specialijck ghecom
mitteert: ghehoorsaem / goet ende ghetrou
te zijner: ende met raet ende daet/ lijf ende go
ette wederstaen de verclaerde vyanden van
onsen ghemeynne Vaderlanden / ende de
voerschreuen stadt van Louen. Zoet helpt
my Godt/ ende alle zijm heylighen/ &c.

Quod Latinè ad verbum sonat. Ego promitto & iuro ad sancta, Regiae Maiestati, tanquam Duei Brabantie: Mathie Archiduci Austriae, Gubernatori & Capitaneo generali suarum inferiorum Prouinciarum: D. Principi Aurora tanquam gubernatori particulari Brabantie, & vicem gerenti generali prædictarum inferiorum Prouinciarum: & Maximiliano van Coetreau, domino de Glabbeke, VVassemont, &c. tanquam superintendenti huius ciuitatis Louaniensis, à Regia Maiestate & Statibus generalibus ad hoc spcialiter commissionem habenti. me obedientem, bonum & fidelem fore, & quod consilio & opere, vita, & bonis resissam declaratis hostibus noscræ communis Patriæ & prædicti oppidi Louaniensis. Sic me Deus adiuuet & omnes Sancti, &c.

Ex deliberationibus quinque Facultatum conclusit, domino Superintendenti respondendum esse: quod, quo ad receptionem suæ personæ ad dictam superintendantiam, hæc res ad Vniuersitatem non pertineat, cum non habeat dicti oppidi administrationem & gubernationem, quæ pertinet ad Magistratum, &c. Et quo ad formulam propositi iuramenti, declarat Vniuersitas, se existimare, quod sic illud non possit, nec
debeat

debeat præstare: & miratur, huiuscemodi
inraymentum ab Vniuersitate (quod cor-
pus est ecclesiasticum) præter exemplum
exigi.

Postridie, die Martis, 28. Ianuarij, ho-
ra vndecima ante Meridiem, finita re-
petitione in utroque Iure, in Scholis Ma-
thematicorum, M. Petrus Peckius, Iu-
ris utriusque Doctor, in Vniuersitate re-
tulit, quomodo ipse cum eximio domi-
no & M. N. Roberto Malcotio, ac do-
mino Aduocato fiscali, tradiderit Do-
mino de Cottreau instrumentum Vni-
uersitatis.

Et ne dicas hæc quæ retuli, fortuna
paululum mutata contigisse (sicut res-
pondendo indicas) aduertendum est,
hæc contigisse Lunæ & Martis, 27. & 28.
Ianuarij: Conflictum vero Gemblacen-
sem, postea fuisse commissum, die Ve-
neris sequenti, trigesima prima videli-
cet, eiusdem mensis Ianuarij. Cumq; die
Sabbathi, id est, prima Februarij sequen-
tis, præfatus Superintendens postularet
consensum Vniuersitatis, ad introdu-
cendum externum præsidium, pro ci-
uitatis custodia: conclusit Vniuersitas
respondendum, quod ad se non pertinc-
at ordinare de recipiendo, aut non reci-
piendo milite, rogans Magistratum, vt
si in-

si intendat intromittere militem , priusquam id faciat , dimittat omnes de Vniuersitate abire volentes , iuxta ius commune , & priuilegia eiusdem Vniuersitatis . Et huius conclusionis data est præfato Superintendenti copia vernaculo sermone .

Cumque secunda Februarij , per dictum Superintendentem & quosdam alios , sub vesperam clandestinè in oppidum Louaniense , introducta essent duo vexilla Scotorum , pro murorum custodia , Vniuersitas postridie hora nona ante Meridiem congregata in magno refectorio fratum Prædicatorum , conclusit , & eodem die in scriptis , præsen- te suprascripto Superintendentे , Magistratui conclusionem suam exhibuit , qua conquerebatur inter ciues sparsum eslerumorem , quod externum præsidium receptum esset de consensu Vniuersitatis ; cuius oppositum ipsis esset satis cognitum . Et quia iam admissum erat præsidium , Vniuersitas petijt , vt iuxta priorem suam petitionem , statim omnibus studiosis daretur potestas discedendi ex oppido . Ad quod respondit Superintendent , se ad hoc nihil posse respondere , absque ordinatione Statuum .

Vidēs.

Vidésne mi Marnixi, quomodo à Re-
ge Catholico deficientes, vobiscum per-
duelles effecti sumus, & quam arcto fœ-
dere ac sacramento vobis iuncti fueri-
mus: Si res habet ut dicis, non debuit si-
ne scripto perfici. Profer igitur tabulas
initi vobiscum fœderis, & præstiti iura-
menti: ut spectante mundo, te expurges
à crimine mendacij, quo penè in singulis
quæ narras, scatere depræhenderis.

Quod autem addis, *perridiculum esse*
quod aio, vos Romanæ Catholice Ecclesia
esse desertores, eo quod Catholica Romana,
nihil aliud sit quam vniuersalis particularis:
Quid aliud quam impudentia est? cum
vos ipsi priores in edicto publico, vos
Romanæ Catholice religionis deserto-
res nuncupaueritis? Si enim ridiculum
est, Ecclesiam aliquam dicere Roma-
nam Catholicam, eo quod Romana
Catholica, nihil aliud sit, quam vniuer-
salis particularis: Igitur ridiculum fuit
vestrum edictum, quod & præconis vo-
ce publicastis, & prælo commissum, in
mundum vniuersum emisistis: in quo
vocastis vos Romanæ Catholice religi-
onis desertores. Aut si tunc aliam Ro-
manam Catholicam Ecclesiam cogita-
batis, quam nunc Catholicam dicere
non vultis, saltem explicate, quam nunc
velitis

velitis appellare Catholicam. Nam licet symbolum fidei, vnam, sanctam, Catholicam agnoscat Ecclesiam, tu tamen duas describis Ecclesiás: alteram visibilem: alteram, quæ solis Dei oculis conspicua, electorum numero contineatur: quarum discriminem me ignorare gloria-
ris. Id quod libenter agnosco, quia mihi verecundū non est ignorare, quod scrip-
tura sacra nescit, quod vniuersa scrip-
torum antiquitas ignorauit, & quod nul-

Ephes. 5. Ia ante vos hæresis somniauit. Scribit Apo-
postolus de vocatione qua vocati sumus de qua alibi: Videte vocationem vestrā

fratres, id est, de Christi Ecclesia, vnum corpus & vnum spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Do-
minus, vna Fides, vnum Baptisma: vnuus Deus & pater omnium. Et tu non tan-
tum duas facis Ecclesiás, alteram inui-
sibilem solis Dei oculis conspicuam, al-
teram visibilem, quam definis esse quem
nis eorum cōcētum, qui nomen Christi
externo ritu profitentur: sed penè in-
numerās, quæ in vnum corpus coalesce-
re non possunt. Nam nomen Christi ex-
ternō ritu profitetur, non tantum Ro-
mana Ecclesia, quam tantopere detesta-
ris, sed etiam vniuersæ hæreses, & schis-
mata, quæ Christianum nomen non
dum

dum abiecerunt etiam si diuersissimis, & aduersissimis spiritibus inter se confluentur, & non magis in unum coalesce repossunt, quam Christus & Belial, aut quam templum Dei & idola. Et tamen has vniuersas conſpirationes, in tua visibili Ecclesia compræhendis: vnde etiam non diffiteris, quin Romana Ecclesia, licet in ea ſedeat Antichristus, attamen ſit Ecclesia, & templum Domini, quia Christi nomen, & baptismatis sacramen tu retinet: licet varijs hominum corrup telis adulteratum: hoc eſt, Eccleſia Chri ſti tibi ſunt, & Christi regnum (quod tam ſanctum eſſe dicit Apoſtolus) quæ. ^{2. Tim. 2.}

cunque aliquam pietatis ſpeciem Chri ſtum nominando retinent, etiam ſi in totam virtutem eius abnegauerint: & ſicut in Canticis legimus, ſequidem propter ^{Canti. 1.} iniuitatē nigras dicere poſſunt, ſed formoſas à vera pietate non poſſunt. Cæterum quod ait ſymbolum: vnam eſſe ſanctam Eccleſiam Catholicam, ad tuā inuſibilem referendum putas, quæ verè ſit sanctorum omnium communio. Quia enim Dominus nouit qui ſunt eius, ideo hanc sanctorum cōgregationem, non re quod futurū eſt in iudicio, ſed nunc mēte & cogitatione à cæteris ſeparatam, ſolā, abſq; vlo ſcripturæ ſacrae testimonio, dici

dici vis Catholicam. Visibilem autem Ecclesiam non vis credi esse sanctam: & præsertim Romanam, de qua ait, *ad eſſe iam tempus, quo Dominus ſedem illam magnæ meretricis funditus euertat, & ſuam Eccleſiam ab immani eius tyraṇnide vindicet.* Sed hanc tuam prophetiam potes coniungere cū prophetia Martini Lutherti hoc expressa versiculo.

Pēſtis eram viuens moriens tua mōrē ero Pāpā.
 Quia ſimilis erit vtriusq; prophetiæ exi-
 tus: vt videlicet in tuo desiderio maneat
 tua prophetia, & effectum alium non ha-
 beat: ſicut nec à mille quingentis annis
 habuerunt ſimiles aliorum hereticorū
 conatus, de quibus in persona Ecclesiæ
 p̄dixit Psalmista: ſepe expugnauerunt
 me à iuuētute mea, dicat nunc Israel,
 ſepe expugnauerunt me à iuuētute mea:
 etenim non potuerunt mihi. Suprador-
 sum meum fabricauerunt peccatores,
 prolongauerunt iniquitatem ſuam: ſed
 non impleuerunt malitiam ſuam, quia
 firmum Ecclesiæ fundamentū ſtat, quod
 posuit Christus dicens: Tu es Petrus & ſu
 per hanc Petram ædificabo ecclesi-
 am meam, & portæ inferi non
 præualebunt aduer-
 ſus eam:

Quod

Quod licet Deus plura contulerit Ecclesiæ
Christianæ, quam Iudaicæ; attamen
præfecti in utraque rectè dij
vocantur.

C A P V T X I X.

POstremo dicis, me pueriliter cauillari in
discrimine ecclesiæ Iudaicæ & Christianæ,
eo quod nunquam statueris, veniente Christo,
nihil fuisse in Ecclesiam Christianam colla-
tum, quod antea Dominus necdum erat largi-
tus. Respondeo, quod oratio tua, qua
de hac re differis, redacta in formam Di-
ialectices, hanc ratiocinationem conti-
net. Ecclesia Iudaica nunquam ausa fuit
statuere Deum in terris, sed Ecclesia Ro-
mana statuit Rom. Pontificē Deum in
terris: Igitur Ecclesia Romana à veritatis
doctrina se proteruius auertit, quam vn-
quam fecit Ecclesia Iudaica. Qua illatio-
ne manifestè significas, Ecclesiam Roma-
nam non posse sibi sine errore statuere,
nisi quod sibi olim statuit Iudaica. Non
ignorabam in scripturis sacris, Ecclesiæ
Iudaicæ, seu potius Synagogæ, præposi-
tos sæpiissimè deos nuncupari, ac deos in
terris statui, ut nemo eos contemneret.
De his enim scriptum est Psalm. 46. Dij
fortes terræ vehementer eleuati sunt. Et

49. Deus deorum Dominus locutus est.
Et 81. Deus stetit in medio deorum , in
medio deos dijudicat. Et rursus : Ego di-
xi dijestis . & Exodi 21. Offeret eum dijs.
Et 22. Dominus domus applicabitur ad
deos. Et iterum; Dijs nō detrahes: & prin-
cipi populi tui non maledices . Et quia
scriptura sacra , ministros veteris testa-
menti, id est, ministros literæ & mortis,
sæpiissimè deos vocat satis intelligebam,
præfectos Ecclesiæ, quos Apostolus vo-
cat ministros spiritus, rectissimè posse sta-
tui & vocari deos. Nam si ministratio
mortis fuit in glòria , inquit Apostolus,
quomodo non magis ministratio spiri-
tus erit in gloria? Sed vt ostenderē, quod
etiam si vera fuissent , quæ assūmebas; at-
tamen argumentando negatiuè ab Ec-
clesia Iudaica ad Ecclesiam Christianā,
nihil Aristotelicè concluderes: monui-
te, vt aduerteres, quam ineptè argumen-
tareris ab ecclesia Iudaica ad Christianā.
Ego tamen interim satis sentiebam , te
verborum tuorum circuitu, velle signi-
ficare, quosdam nostrum, non tam ve-
ritate quām benevolentia, aut adulatio-
ne, præminentias quasdam Romano
Pontifici tribuere, quæ in scripturis sa-
cris non satis clare exprimuntur: atque
eum inter ministros noui testamenti , e-
mi.


minentiorum Deum velle facere, quam scriptura sacra testetur. Pro quibus respondeo, si qui fortè tales sint, eos incomparabiliter minus benevolentia peccare, conando eum maiorem facere quam est: quam vos, odio & malevolentia, conando id totum abolere quod est. Agnoscite igitur beatum Petrum, eiusque successores Romanos Pontifices, id esse quod Christus eis locutus est, & tunc de latitudine potestatis ac præminentiarum eorum differite: quia quam diu in hoc toti estis, ut eius potestatem euertatis, facile quiuis suspicabitur, vos de potestatis eorum latitudine differentes, nō modum potestati velle imponere: sed hoc prætextu, illam simpliciter velle abolerere.


IAM secundò à me admonitus, Sæc.
Aldegonde frater, magis magisque de-
clarasti, quam obfirmato animo illis
adhæreas, qui se Romanæ Catholicae re-
ligionis desertores nuncuparunt, & ac-
cerrimos hostes exhibent. Quò fit ut ve-
hementer timeam, ne & mea admoni-
tio, & totius Ecclesiæ oratio, quæ etiam
pro te quotidie ad Deum funditur, tibi
in peccatum conuertatur. Quia tamen,
sicut à principio collationis nostræ, ita

& nunc tibi ex animo benè volo, non
cesso lugere, & à Deo petere, ut quod
mea industria non valeo, id sua miseri-
cordia præstare dignetur, & meliorem
mentem tibi aliquando largiatur.


Cui orationi vtinam tu ali-
quando desinas ob-
sistere.


F I N I S.








1

















1510956

A 1510956

OCW 902599135

